© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

1

ſtrictim. aut a pronomine. ut meatim
tuatim. huc a participio non placet ſer
gio aduerbium deriuari. cuȝ enim ab eo
quod eſt prudente ⁊ docto prudenter
et docte dicimus. illa noĩa potius quaȝ
participia intelligenda ſunt. Vel deri
uatur a nomine ⁊ uerbo. ut a pede ⁊ ten
to pedetentim. uel a praepoſitione. ut
ab ex extra. ab in intra. ab aduerbio etiã
ut a pene penitus.
Significationes aduerbiorum uariae ſunt
Temporalia ⁊ ea diuerſarum formarũ
quaedam enim ſunt temporis praeteri
ti. ut nuper pridem. pridie. heri. nudius
tertius. Alia praeſentis. ut nunc modo
quod tempus inſtans aut proximum
inſtanti ſignificat. aut futuri. ut cras. pe
rendie. poſtridie. Alia temporuȝ diuer
ſorum cõmunia ſunt. ut dudum. olim.
quondam. quando. ⁊ ab eo compoſita
Localia quoq; diuerſas habent ſpecies. in
loco. de loco. ad locum. per locũ. In lo
co. ut hic. iſthic. illic. ibi. intus. foris. No
mina quoq; oppidorũ propria primae
⁊ ſecũdae declinationis in ſingulari po
nuntur in genitiuo tanquam aduerbia.
alias uero in ablatiuo. ut Cicero eſt ro
mae. tarenti. carthagine. ſyracuſis. ga
bijs. De loco. ut hinc. iſthinc. illinc. in
de. aliunde. Nomina uero oppidorum
per ablatiuum ſine praepoſitione profe
rimus. ut Cicero profectus eſt roma.
tarento. carthagine. gabijs. Ad locuȝ
ut huc. illuc. iſthuc. illo. intro. foras. No
mina uero oppidoꝝ accuſatiuo ꝓferun
tur ponunturq; aduerbialiter ſine prae
poſitione. ut Cicero profectus eſt romã
carthaginem. Per locum. ut hac. iſthac
illac. Nomina uero oppidoruȝ per abla
tiuum ꝓferimus. ut fecit iter roma car
thagine.
Comparatiua aduerbia ſunt. quae fiunt
a nominibus recipientibus comparatio
nem. ut a doctus. docte. doctius. doc
tiſſime. magis etiam ⁊ minus
Numeralia quoq; aduerbia ſũt. ut ſemel
centies. milies. tricies.
Negatiua. ut non. haud. minime.
Affirmatiua. ut profecto. etiã. quidni.
Demoſtratiua. ut en. ecce.
Optatiua. ut utinam. ut. o. ſi.
Ordinalia. ut deinde. continuo. tum.
Interrogatiua. ut quur. quare. quapp.
Dubitatiua. ut forte. forſitan. forſit.
Vocatiua. ut heus. o. oho.
Reſponſiua. ut. o. ee.
Diſcretiua. ut ſeorſum. bifariam.
Congregatiua. ut ſimul. una. pariter.
Iuratiua. ut aedepol. mecaſtor.
Dehortatiua. ut ne.
Electiua. ut potius. imo.
Hortatiua. ut eia. age. agite.
Intenſiua. ut ualde. penitus. oĩno.
Remiſſiua. ut ſenſim. paulatim.
Diminutiua. ut clanculum. belliſſime.
Similitudinis. ut ceu. ſicut. tanquam.
Qualitatis. ut bene. pulchre. docte.
Quantitatis. ut multum. parum.
Figurae aduerbiorum tres ſunt. Simplex
ut diu. huc. Compoſita. ut interdiu. ad
huc. Decõpoſita. ut ſapienter a ſapienſ
Nomina pro aduerbijs plaerumq; ponũ
tur. idq; modo per nomĩatiuuȝ. ut fors
pro forte. modo per genitiuum. ut ro
mae domi. togae. modo per datiuum.
ruri. ueſperi. modo per accuſatiuum. ut
horrendum riſit. romam eo. modo per
ablatiuum. ut forte uenit carthagine ẽ
Ponuntur quoq; uerba pro aduerbijs
ut amabo. age. agite. Pronomina etiã
ut uirgilius hoc tunc igni potens pro
huc. illa pro illuc. Praepoſitiones quo
q; ut diximus pro aduerbijs ponuntur
cum ſine caſualibus ſunt. ut coram locu
tus ſum. palam dixi. pro ſe inuiceȝ quo
q; ponũtur. ut aduerbia loci pro aduer
bijs tẽporis. dicimus enim ubi pro poſt
quam. ⁊ hic pro tunc. non tamen aduer



© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

bia temporalia pro localibus ponūtur.
Interiectionee fere aduerbia ſunt. unde
⁊ graeci illas aduerbijs connumerant.
Coniunctiones etiaꝫ pro aduerbijs po
nuntur. dicimus enim ut pro poſtquam
Virgilius ut uidi. ut perij.

nteriectio eſt pars oratioīs indecli
nabilis affectum mentis ſignificās
uoce incondita. hanc graeci inter
aduerbia ponunt. ſicut articulum a pro
nomine diſtingunt. quem nos pronomi
ni adnumeramus.
Interiectioni accidit ſignificatio. quae u
ex conſuetudine uel ex ſequētibus uer
bis uarium affectum oſtendit. atqꝫ ſigni
ficat. Eſt enim aut.
Exultantis ut euax.
Gaudentis. ut uah.
Dolentis ut uae.
Lugentis. ut heu heu.
Timentis. ut hei.
Admirantis. ut pape.
Hortantis. ut eia.
Laudantis. ut euge.
Vitantis. ut apage.
Vocantis. ut eho. io.
Silentis. ut ſi. au.
Exclamantis. ut proh.
Deprehendentis. at at.
Ridentis. ah. ah.
Ironia utentis. hui.
Sunt quoqꝫ plures interiectiones quae
magis ex affectu animi quam ex artis
obſeruatione monſtrari poſſunt. Sunt
etiam quaedaꝫ particulae. quae poſſūt
recte ⁊ aduerbia ⁊ interiectiones appel
lari. neqꝫ multuꝫ refert cum apud grae
cos interiectiones pro aduerbijs accipi
antur. ut eia. o. euge. age. Sunt praete
rea aliae quae praepoſitiones ⁊ interie
ctiones ſūt. ut pro. a. Aliae quoqꝫ par
tes orationis ſolent interiectiue profer
ri. ut Virgilius. Nauibus infandum a
miſſis unius ob iram infanduꝫ pro inter
iectione poſitum.

oniunctio eſt pars orationis in
declinabilis connectens ordi
nanſqꝫ ſententiam. Nam ab
eo eſt appellata quod orationi pro uin
culo interponitur. Connectit uero cum
ſimul eſſe res aliquas ſignificat. ut bon⁹
⁊ ſapiens. currit ⁊ ambulat. Ordinat cū
conſequentiam rerum demonſtrat. ut ſi
currit mouetur.
Coniunctioni accidunt tria. Significatio
ſiue poteſtas. Figura. ordo.
Significatio in plures ſpecies diuiditur.
Copulatiua eſt quae copulat taꝫ uerba
quam ſenſum. ut. ⁊. qꝫ. atqꝫ. quoqꝫ. au
tem. uero. quidem.
Continuatiua quae continuationem ⁊ cō
ſequentiam rerum ſignificat. ut ſi. ſiue.
ſeu. ut ſi ſteterit. dormit. ⁊ ſi uenerit con
ſequetur mercedem.
Subcontinuatiua eſt. quae cauſam cōtinu
ationis oſtendit. ut quoniam ambulat.
mouetur. haec cauſalis ⁊ effectiua dici
poteſt.
Adiunctiuae ſunt quae uerbis ſubiuncti
uis adiunguntur. ut ſi. cum. dum. ubi.
quatenus. ut ſi ueneris faciam.
Approbatiua eſt quae approbat res. ut ſi
quidem. quando. ⁊ tunc iunguntur in
dicatiuo. ut dij ſi qua eſt coelo pietas. ⁊
ſi quid uſquam iuſticiae.
Diſiunctiua eſt quae quamuis dictiones
coniungat ſenſum tamen diſiunctiuum
habet. ⁊ alteram rem eſſe. alteram non
eſſe ſignificat. ut ue. uel. aut. ut. uel nox
uel dies eſt.
Subdiſiunctiua eſt. quae diſiunctiuarum
utramqꝫ eſſe ſignificat. uel ſimul uł diſ
crete. ut cum. uel accipitur pro etiam ⁊
cum dicimus. Maro noſter ſiue uirgilius.

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

cicero ſiue tullius.

Electiua eſt quãdo diuerſis rebus propo
ſitis aliquid nos eligere oſtendimus ut
diues uolo eſſe quam pauper.

Aduerſatiua eſt. quae aduerſaȝ ſententiã
infert ſequenti aut praecedenti. ut quã
quam ⁊ ſi. tametſi. quamuis licet.

Abnegatiua ẽ. quae uerbis coniũcta poſ
ſe fieri rẽ oſtẽdit. ſed propter cauſaȝ ali
quã ne fiat impediri, ut facerẽ ſi poſſeȝ.

Collectiua ſiue rationalis. ſiue illatiua.
dicitur. quae ſuperiora colligens rõne
confirmat. ut igitur. ergo. itaqȝ. alio
quin. imo. utiqȝ.

Dubitatiua etiã eſt. quae dubitationem
ſignificat. ut an. ne. necne.

Cõpletiuae ſunt. quae ornatus cauſa aut
metri neceſſitate. nõ ſignificatiõis gra
tia ponũtur. ut quidem. eniȝ. nam. nãqȝ

Sunt uero plaeraeqȝ coniunctiones diuer
ſarum ſignificationuȝ. ⁊ quae in plures
ſpecies cadere poſſunt. ut. ecce. nam. ali
quando eſt approbatiua. aliquando cõ
pletiua. ut. heu. quia nam tãti cinxerũt
aethera nymbi.

Figurae coniunctionũ due ſunt. Simplex
ut eniȝ. at. qȝ. uero. Cõpoſita. ut enimue
ro. atqȝ. at uero.

Ordo quoqȝ accidit cõiunctiõibus. quae
daȝ enim praeponũtur. ut at. ac. aſt. aut
uel. ne. neqȝ. Quaedam poſtponuntur.
ut qȝ. ue. ne. quidem. quoqȝ. autem. ue
ro. enim. niſi. cum. uero praeponitur.
ut enim uero. Quaedam ſunt quae et
praeponuntur ⁊ poſtponuntur. ut. atqȝ
igitur. itaqȝ. quoniam ⁊ ſi.

Nomina quandoqȝ pro coniunctionibus
ponuntur. ut quia cauſa. quappropter.
quamobrem. Pronomina quoqȝ. ut eo
idcirco. praeterea. Verba etiam ut licet
licebit. quamuis. Et aduerbia. ut quan
do. quandoquidem. Praepoſitio etiaȝ
nomini ⁊ pronomini compoſita. ut qua
propter. propterea.

oſtea quaȝ de octo partibus
orationis curſim ⁊ quantuȝ
operi noſtro cõſentai cũ erat
diſſeruimus, reliquum eſt ut de combi
natione illarum partium inter ſe in hac
ſecunda parte dicamus. hanc alij ſtruc
turam. alij conſtructionem appellant.
Eſt itaqȝ conſtructio debita diſpoſitio
partiuȝ orationis in ipſa oratione. Ora
tio uero eſt ore miſſa ⁊ per dictiones or
dinata pronunciatio.

Prima igitur combinatio eſt nominatiui
cum uerbo. Nam omne uerbum perſo
nale nominatiuum habet pro ſuppoſi
to. cum quo neceſſe eſt conueniat in nu
mero ⁊ in perſona. ut ego amo. tu legis
cicero ſcribit. Secunda combinatio eſt
uerbi ⁊ illius caſus cum quo uerbum
poſt ſe conſtruitur. ut amo te. inſeruio
tibi.

Verba partim ſunt perſonalia partim im
perſonalia. Perſonalia ſunt quae habẽt
numeros ⁊ pſonas. Impersonalia ſunt
quae carent numeris ⁊ perſonis. quae
partiȝ ſunt finita. ut curritur currebatur
partim infinita. ut amare amari. de qui
bus paulo poſt dicemus. Perſonalium
uerboꝝ quinque ſunt genera. Actiuũ
Paſſiuum. Neutrum. Deponens. Cõmu
ne.

ctiuum uerbuȝ eſt illud quod
deſinit in o. ⁊ habet paſſiuuȝ
in or. ⁊ exigit ante ſe nomia
tiuum pſonae agẽtis ⁊ poſt ſe acĩm per
ſonae patientis. ut ego amo uirtutem.

Prima igitur uerborum actiuorum ſpeci
es eſt quae conſtruitur cum accuſatiuo
neqȝ alium caſum deſiderat. ut.

Amo uxorem meam.
Diligo inimicos tuos.
Faſtidio cibos amaros.
Colo agros conductos.



© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Colo domum auitam.
Colo magnos amicos.
Video rem honeſtam.
Aequo magiſtrum.
Aequipero patrem.
Interpello conſularem.
Vſurpo antiquitatem.
Increpo ſediciosum.
Impetro honorem.
Adiuuo timidum.
Derideo imperitum.
Incoho opus magnum.
Iubeo rem arduam.
Facio ſtipendium.
Suſpicio ſydera.
Deſpicio ualles.
Reſpicio inſequentes.
Expeto res honeſtas.
Appeto qualiacumqꝫ.
Cogo ⁊ compello te.
Rego domum anguſtam.
Adminiſtro rem publicam.
Guberno imperium.
Abſoluo longum opus.
Suſcipio uoluptatem.
Secunda uerborum actiuorum ſpecies eſt
quae praeter accuſatiuum conſtruitur
cum genitiuo uel ablatiuo.ut.
Emo librum quanti tu.
Emo librum decem aureis.
Vendo domum quanti tu.
Vendo domum decem milibus.
Comparo libros tanti.quanti.
Venum dedit biblyopola.
Aeſtimo domum minoris.
Taxo libros pluris.
Redimo uectigal.M.aureis.
Facio hominem nihil magni.
Culpo te negligentiae uel negligentia
Arguo te peccati.peccō.uel de peccō.
Condemno te criminis uel crimine.
Accuſo te repetundaꝝ.uel repetūdis.
Caſtigo te ignauiae.uel ignauia.
Punio te ſacrilegij.uel ſacrilegio.
Mulcto te trium argēteoꝝ ł argēteis
Impleo domū frumēti.uel frumento.
Euacuo granariū frumēti uel frumēto
Tertia uerboꝝ actiuorum ſpecies.quae
praeter accuſatiuum conſtruitur etiam
cum datiuo.ut.
Suadeo tibi honeſta.
Miniſtro tibi cibos.
Dono propinquo libros.
Scribo tibi litteras.
Adimo filio uitium.
Subduco ſeruo cibos.
Dico tibi uerba.
Obijcio amico perfidiam.
Praepono uirgilium horatio.
Antepono diuitijs amicum.
Praefero turpi honeſtum.
Antefero uitae honeſtatem.
Rapio tibi pecunias.
Eruo illi oculos.
Frango tibi crura.
Rumpo inimico caput.
Praecipio tibi rem pulchram.
Impero hoſti obſides.
Rependo amico amorem.
Mutuo tibi pecunias.
Commodo tibi libros.
Do tibi anulum dono.
Accipio librum muneri.
Quarta uerborum actiuorum ſpecies eſt.
quae praeter accuſatiuum communeꝫ.
conſtruuntur cum altero accuſatiuo.ut.
Doceo te grammaticam.
Moneo uos rem honſtam.
Flagito te libros.
Peto te debitum.
Poſco uos pecunias.
Poſtulo te hereditatem.
Rogo te miſericordiam.
Oro iudicem ueniam.
Celo te ſecretum.
Calceo te udones.
Induo te tunicam.
Veſtio te lintheolum.

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Exuo te cycladem.
Cingo te cinctorium.
Interrogo te queſtionem.
Quinti ordinis uerboꝝ actiuoꝝ ſpecies ē
quae praeter accuſatiuū. conſtruuntur
cū ablatiuo ſine praepoſitione. ut.
Spolio te ueſte.
Priuo te uoluptate.
Onero te pomis.
Aggrauo te moleſtia.
Premo te onere.
Libero puerperam dolore.
Satio ſeruos pane.
Saturo te pulmento.
Aboico filium domo.
Orbo inimicum filijs.
Tempero me uino.
Abſtineo te cibo.
Tego amicum clypeo.
Educo filios dotrina.
Cibo pauperes pane.
Suſtineo me arte mea.
Sexta uerborum actiuorum ſpecies quae
praeter accuſatiuum conſtruitur etiam
cum ablatiuo a uel ab mediante. ut.
Audio grāmaticam a te.
Peto libros a praeceptore.
Poſtulo iuſticiam a iudice.
Alieno filium a domo.
Auerto oculos ab inimico.
Amoueo manum a te.
Auſculto a te pauca.
Abigo ab armento boues.
Intelligo a te rationem.
Diuido rem meam a tua.
Accipio a te litteras.
Quaero a te pecunias.
Eripio ab illo aurum.

assiuum uerbum eſt illud. quod
in. or. deſinit. et habet actiuum
in. o. et exigit āte ſe nominatiuū
perſonae patientis et ablatiuum perſo
nae agētis cum praepoſitione. a. uel. ab
aut datiuum. ut tu amaris a me uel mi
hi. Et ſunt tot ſpecies eius quot actiuo
rum. caſus uero cum quo uerbum acti
uum cōſtruitur poſt accuſatiuum prin
cipalem non mutatur. ut tu condemna
naris a me criminis uel crimine. libri dā
tur tibi a me. ego doceor a te dialecticā
dom⁹ inſtruitur a me ſuppellectili. grā
matica auditur mihi a te. Liberor ab ini
mico moleſtia.
Donor ab imperatore corona.
Oneror ab hoſpite uino.
Afficior a te lecticia.
Imbuor a te ſanguine.

eutrum uerbum eſt quod in
o. deſinit. ⁊ non habet paſſi
uum in. or. Neutrum uero di
citur quod neq; actiuum ſit. cū paſſi
uum nō habeat. neq; paſſiuum cum in.
or nō deſinat. Eius uero plures reperiū
tur ſpecies.
Prima uerborum neutrorum ſpecies eſt.
quae dicuntur ſubſtantiua. quale ſum
es. fui. quod conſtruitur poſt ſe cum no
minatiuo. ut ego ſum bonus. uel cū ge
nitiuo ut hic liber eſt uirgilij. uel cū da
tiuo ut uirgilius eſt mihi. uel cum duo
bus datiuis. ut ego ſum tibi curare. tu
es mihi moleſtiae. uel cum ablatiuo ſine
praepoſitione. ſiue ſeptimo caſu. ut uir
gilius eſt excelenti ingenio. praeſtanti
forma. Compoſita uero a ſum. es. fui.
haec ſunt fere.
Interſum recitationi tuae.
Obſum inimicis meis.
Proſum amicis tuis.
Praeſum rei publicae.
Adſum clienti reo.
Abſum inuidiae.
Deſum tibi in negotijs.
Inſum rebus alienis.
Subſum maioribus.
Superſum minoribus.



© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Secunda uerborum neutroruꝫ ſpecies eſt. quae poſt ſe conſtruũtur cum genitiuo uel ablatiuo.ut.
Egeo laude uel laudis.
Indigeo frumento uel ti.
Careo cupiditate.uel.tis.
Abundo pecunia uel pecuniae.
Exubero delicijs uel deliciarum.
Satago rebus meis uel rerum.
Tertia uerborum neutrorum ſpecies eſt. quae poſt ſe conſtruuntur cum datiuo.
Caedo potentiori.
Pareo legibus ciuitatis.
Praeſideo prouinciae bethicae.
Succurrit mihi res iocunda.
Excidit mihi nomen tuum.
Subeo honeri duro.
Noceo maleuolis hominibus.
Parco peccanti in me.
Conſulo filijs fratris.
Proſpicio familiae patrui.
Prouideo domui marterterae.
Obſtrepo agentibus male.
Placeo doctis omnibus.
Diſpliceo improbis amicis.
Occurro uenientibus.
Haereo lapidi frigidiſſimo.
Aſpiro laboranti amico.
Seruio tyranno crudeliſſimo.
Inſeruio amicis inſuauibus.
Faueo ſupplicibus.
Repugno contumacibus.
Acquieſco placidis uiris.
Vacuo ſtudio litterarum.
Quarta uerborum neutrorum ſpecies eſt quae ſi in paſſiuo carent primis ⁊ ſecundis perſonis.cum alias integra actiua ſint quae etiam ego actiua eſſe contenderint. qualia ſunt aro. ſemino. planto. bibo. coeno. comedo. coquo. Similia ſunt uerba ad ſolam naturam pertinentia.ut pluit.ningit.ſerenat.Nam quamquam rerum natura repugnet. non idcirco ſermo debet eſſe mancus.

Quarta igitur uerborum neutrorum ſpecies ſit quae poſt ſe conſtruuntur cum ablatiuo ſine praepoſitione uel potius effectiuo.ut.
Caleo igne titionum.
Ardeo cupiditate pecuniarum.
Flagro amore librorum.
Exulto uictoria parta.
Gaudeo litteris tuis.
Palleo timore hoſtium.
Pingueo mulſo leni.
Areo ſiti immodica.
Tepeo umbra iuniperi.
Nigreo ſole aeſtiuo.
Rubeo pudore nimio.
Stupeo ſperatione.
Horreo frigore hiberno.
Polleo uirtute animis.
Mereo funere patris.
Ferueo iracundia uxoris.
Turgeo hydrope diro.
Aeſtuo calore auguſti.
Sudo labore ſcribendi.
Quinta uerborum neutrorum ſpecies eſt quae poſt ſe non conſtruuntur cum aliquo caſu niſi mediante praepoſitione expreſſa uel tacita.ut.
Viuo in urbe roma.
Iaceo ſub arbore patula.
Sedeo in umbra domus.
Dormio in lecto molli.
Occido apud forum.
Sto in templo diuae mariae.
Ruo a feneſtra praecipiti.
Nato ad ripam fluminis.
Emergo ſuper aquas.
Vacillo in lubrico pauimenti.
Hiſco in uerba turpia.
Euado in uirum bonum.
Abeo in prouinciam amplam.
Diſcedo ab amico ſuaui.
Incedo per agros feraces.
Pergo ante comites meos.
Redo in patriam.

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Pugno contra hoſtes.
Contendo tecum.
Certo cum aemulis.
Curro ad urbem.

Sexta uerborum ſpecies eſt quae neutra paſſiua dicuntur. quod in uoce actiua ad ſimilitudinem paſſiuorum conſtruũtur. ⁊ ſunt haec.

Exulo a caeſare.
Vapulo a lictore.
Veneo a patre.
Liceo ab emptore.
Nubo a matre.
Fio a te doctior.

Septima uerborum ſpecies eſt quae neutro paſſiua dicũtur. ⁊ ſunt quae in praeteritis declinantur ſicut paſſiua. in caeteris uero temporis ad imaginem actiuorum. ut.

Gaudeo gauiſus ſum.
Audeo auſus ſum.
Soleo ſolitus ſum.
Fido fiſus ſum.
Fio factus ſum.

erbum commune eſt quod in uoce paſſiua. tam actiuã quã paſſiuam habent ſignificationem ⁊ conſtruuntur more actiuorum ⁊ paſſiuorum ex ratione ſignificati. ut.

Largior tibi pecunias.
Largiuntur tibi a me pecunie.
Criminor ſacrilegum.
Criminatur a me ſacrilegus.
Experior amicos.
Experiuntur a me amici.
Veneror diuos omnes.
Venerantur a me diui omnes.
Moror comites.
Morantur a me comites.
Amplector amicos.
Amplectuntur a me amici.
Oſculor amicam.
Oſculatur a me amica.
Hortor ciues.
Hortantur a me ciues.
Interpretor leges.
Interpretantur a me leges.
Hoſpitor peregrinos.
Hoſpitantur a me peregrini.
Comitor ducem.
Comitatur a me dux.

eponens uerbum eſt. quod in uoce paſſiua ſignificationem habet actiuam. Quorum prima ſpecies eſt eorum quae conſtruuntur cum genitiuo. ut.

Recordor amici.
Reminiſcor patriae.
Obliuiſcor iniuriarum.
Miſereor innocentium.

Secunda uerborum deponẽtium ſpecies eſt. quae poſt ſe conſtruuntur cũ datiuo qualia ſunt.

Auxilior uobis omnibus.
Opitulor amicis tuis.
Suffragor ſupplici.
Iniurior arroganti.
Inſidior hoſtibus ciuitatis.
Medeor aegroto deſperato.
Conuitior debitori mendaci.
Geniculor uictori duci.
Praeuaricor patriae.
Patrocinor clientibus.
Miſereor tibi innocenti.
Blandior magiſtro meo.
Ancillor potentiori.
Amicor uirtutibus tuis.
Gratulor foelicitati tuae.
Dominor urbi opulantae.
Innitor cubito ſiniſtro.
Obſequor amicis honeſtis.
Aduerſor inimicis turpibus.
Aſſentior dicenti pulchra.
Aſſentor ambitioſo honoris.
Adulor diuiti. et potenti.
Minor ⁊ minitor tibi.



© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Tertia uerborum deponẽtium ſpecies eſt. quae conſtruuntur poſt ſe cum accuſatiuo qualia ſunt.
Calumnior uiduam.
Conor rem magnam.
Execror meretricem auaram.
Abominor mendacem uirum
Deteſtor ebrietatem ſenis.
Aſpernor pauperem ſuperbum.
Deſpicor uicinam turpem.
Recordor ſpeciem puellae
Reminiſcor factum amici.
Obliuiſcor negotium clientis.
Ingredior forum olitorium.
Mereor laudem ⁊ coronam.
Intuor imaginem caeſaris.
Sequor herum facilem.
Conſequor dignitatem.
Adipiſcor praemium.
Nanciſcor occaſionem.
Alloquor cõmilitones.
Adorior hominem.
Ordior hanc rem.
Aggredior factum.
Furor libellos optatos.
Populor agros hoſtiles.
Opinor rem arduam.
Arbitror rem honeſtam.
Reor rem difficilem.
Fateor peccatum meum.
Solor orbatum filijs.
Operior comitem meum.
Speculor agros patentes.
Contemplor ſydera caeli.
Opereor rem diuinam.
Imitor praeceptorem.
Aemulor magiſtrum.
Dignor me honore tali.
Precor deos immortales.
Lucror dotem amplam.
Miror ingenium hominis.
Rimor ſecreta naturae.
Scrutor oculta domus.
Suſpicor aliquid mali.
Aucupor gloriam belli.
Iaculor ignem ſulphureum.

Quarta uerborum deponentium ſpecies eſt. quae poſt ſe conſtruuntur cum ablatiuo ſine praepoſitione. uel potius cum ſeptimo caſu. qualia ſunt.
Laetor tua foelicitate.
Triſtor tua iactura.
Iraſcor tuo crimine.
Indignor tua cauſa.
Verecundor turpitudine amici.
Glorior praeceptore tali.

Quinta uerborum deponentium ſpecies eſt. quae poſt ſe nullo indigent caſu. niſi cum praepoſitione. ut.
Expergiſcor ad uerba tua.
Morior in urbe roma.
Philoſophor in agro ſalmanticenſi.
Ruſticor ad quietem meam.
Graecor ad ſatietatem.
Iocor in amicos non acerbos.
Nugor in ſermone laſciuo.
Venor in ſylua magna.
Piſcor in flumine placido.
Spacior per campum herbidum.
Vagor in littore ſinuoſo.
Labor in lubrico ſolo.
Peregrinor per orbem.
Periclitor de capite.
Ratiotinor de ratione dicendi.
Crapulor in conuiuio.
Ingredior per forum.
Proficiſcor in patriam.
Reuertor ad domum antiquam
Caſtrametor contra urbem.
Congredior cum hoſtibus.
Tumultuor in caſtris.
Graſſor in uia publica.

Sexta uerborum deponentiũ ſpecies eſt. quae poſt ſe conſtruũtur cum ablatiuo et praepoſitione. a. uel. ab. ut.
Patior a te.
Orior a patre.
Naſcor a matre.

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Proficiſcor ab urbe.

unt quaedam uerba diuerſorum generum.atqꝫ etiam in eodem genere diuerſaruꝫ formarum.quae diuerſitas ex uarietate caſuum cum quibus conſtruuntur.percipi poteſt.ut.

Dono tibi coronam auream.
Dono te corona aurea.
Impertio tibi ſalutem plurimam.
Impertio te ſalute plurima.
Impertior tibi bona mea.
Impertior te bonis meis.
Augeo tibi honores ampliſſimos.
Augeo tibi honoribus ampliſſimis.
Duplico tibi pecunias dotales.
Duplico te pecunijs dotalibus.
Accumulo tibi beneficia praeclara.
Accumulo te beneficijs praeclaris.
Scribo tibi uel ad te litteras.
Mitto tibi uel ad te epiſtolam.
Lego tibi centum aureos philippeos.
Lego te in prouinciam luſitaniam.
Cōmendo te regi.i.cōmito.
Commendo te apud regem.i.laudo
Reddam tibi libros tuos.
Reddam te doctiorem aequalibus.
Peto te uel a te ueniam.
Poſtulo te uel a te accommodatum
flagito te uel a te litteras.
Celo te uel a te uel tibi rem turpem.
Induo te ueſtem candidam uel ueſte.
Cingo te gladium uel gladio.
Calceo te ſoleas uel ſoleis.
Exuo te ueſtem uel ueſte.
Spargo tibi aquam uel te aqua.
Fundo tibi urinam uel te urina.
Leuo tibi faſcem uel te faſce.
Sterno lectū ſtragulo uł ſtraguluꝫ lecto
Figo terram haſta uel haſtam terrae.
Onero tibi dona uel te donis.
Admoueo tibi manum.i.applico.
Amoueo a te manum.i.remoueo.
Eripio te malis.uel a te mala.
Requiro a te hanc reꝫ.uel te de hac re.
Abſtineo ab ira,uel iraruꝫ.
Audio te recitantē.et tibi iubenti.
Auſculto te dicenteꝫ,et tibi dicenti.
Conſulo te in re mea.et tibi in re tua.
Conſulo rebus meis.i.prouideo.
Timeo te hoſtem.⁊ timeo tibi amico
Metuo te inimicum.⁊ tibi amico.
Recipio te in domum meam.
Recipio tibi i.promitto tibi.
Impono tibi curam.i.iniungo.
Impono tibi.i.decipio te.
Supero te armis.i.uinco.
Supero patri.i.ſuperuiuo.
Superant pecuniae.i.ſuperſuut.
Occido hoſtes meos.occido.i.pereo.
Caedo aduerſos.i.ferio aduerſos.
Cedo aduerſis.i.do locum aduerſis.
Pario filiam in lucem.
Parturio.i.in dolore ſum pariendi.
Animaduerto te.i.conſidero te.
Animaduerto in te.i.punio te.
Lactat infantem mater.
Latet infans.i.lalat ⁊ lac ſuggit.
Paſco oues meas herba.
Paſcit oues meas herba.
Paſcuntur oues herbam.
Paſcuntur oues herba.
Impero tibi rem honeſtam.
Impero a te rem turpem.
Inuideo tibi florem aetatis.
Inuideor a te florem aetatis.
Interdico tibi aqua ⁊ igni.
Interdicta eſt aqua a me tibi.
Interdictum eſt aqua a me tibi.
Mereo ſtipendium.i.milito.
Mereo.i.moeſtus ſum ⁊ triſtis.
Mereor coronam.
Mereor bene de amico.i.benefacio.
Mereo pulchre de te.i.benefacio tibi.
Horreo frigus.i.timeo.
Horreo frigore.i.algeo.
Abhorreo a litteris.i.alienus ſum.



© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Stupeo facinoroſos.i.miror.
Stupeo criminibus.i.ſtupidus ſum.
Deficiunt mibi pecuniae.
Deficiunt me pecuniae.
Deficio pecunijs.
Sufficiunt mibi libri.
Sufficiunt me libri.
ſufficio libris.
Memini buius rei ⁊ bancrem.
Abundo frumento.
Abundat mibi frumentum.
Affluo diuitijs.
Affluūt mibi diuitiae.
Caueo te.i.fugio te.caueo tibi.i.proui
Debeo tibi.i.debitor ſum.
Debeo tibi pecunias.
Vaco litteris.i.do operam.
Vaco curis.i.ſum uacuus.
Vaco.i.occioſus ſum.
Caleo ſole ⁊ calleo grammaticam.
Seruio tibi ⁊ ſeruio ſeruitutem.
Viuo uoluptati.⁊ uiuo uitam.
Pereo torminibus.⁊ depereo amicam.
Incumbo litteris ⁊ in litteras.
Incumbo remis non in remos.
Curro in forum cum ſum extra.
Curro in foro cum intra ſum.
Illudo praeceptori ⁊ praeceptorem.
Certo ⁊ contendo ⁊ congredior tibi.
Certo et contendo et congredior tecuꝫ
Medeor tibi medico te.
Miſereor innocentem.
Miſereor innocentis.
Moderor tibi et mederor te.
Potior rerum.et potior uirgine.
Vtor rem antique.utor re melius.
Fungor officiuꝫ antique.fungor officio
Eſt mibi opus baec res ⁊ buius rei.
Eſt mibi opus buic rei ⁊ bāc rē antiqui
Eſt mibi opus bac re uſitatius.
Doleo caput poetice.dolet mibi caput
Ego ſum niger capillos poetice.
Ego ſum nigris capillis uſitatius.
Expleor mentem figurate.
Expletam mentem babeo.
Peto te ⁊ a te rem iuſtam.
Peto te gladio.i.percutio te.
Peto templum.i.eo ad templum.
Cedo fortiori palmam ⁊ palma.
Concedo tibi poſſeſſionem ⁊ poſſeſſione
Offendo glebam pede ⁊ pedem gleba.
Admoneo te beneficium ⁊ beneficij.

erbuꝫ imperſonale eſt duplex actiuae uocis. boc eſt ſimile tertijs perſonis uerbi actiui. ut poenitet. miſeret. Paſſiuae uocis imperſonale eſt. quod eſt ſimile tertijs perſonis uerbi paſſiui.ut curritur ⁊ cuꝫ nullo caſu conſtruitur.nam fere a uerbis tātum neutris abſolutis uenit.

Prima uerborum imperſonalium actiuae uocis ſpecies eſt. quae exigunt ante ſe genitiuum ⁊ poſt ſe infinitiuum. ⁊ ſunt baec duo.

Intereſt praeceptoris docere.
Refert ſenatoris regere remp.

Cum ablatiuo conſtruuntur cum bis quinque pronominibus. mea. tua ſua. noſtra. cuia. dicimuſqꝫ.

Intereſt mea docere.
Intereſt tua audire.
Intereſt ſua ſoluere.
Intereſt noſtra quieſcere.
Intereſt ueſtra dormire.
Cuia intereſt uigilare.

Secunda uerborum imperſonalium actiuae uocis ſpecies eſt. quae āte ſe exigūt datiuum. ⁊ poſt ſe infinitiuum qualia ſunt.

Accidit mibi febrire per interualla.
Contingit mibi ire atbenas.
Euenit mibi profiteri grammaticam.
Vacat mibi legere libros.
Liquet mibi ſaeuire in boſtes.
Conuenit mibi miteſcere.
Competit mibi ſcribere litteras.
Placet mibi reſpondere epiſtolae.

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Libet mihi inuadere.
Licet mihi uigilare.
Expedit mihi dormire.
Patet mihi te eſſe ignarum.
Conſtat mihi te inſanire.
Sufficit mihi uidere te.

Tercia uerborum imperſonalium actiuae uocis ſpecies eſt. quae conſtruuntur cū accuſatiuo ante ſe. ⁊ poſt ſe cum infinitiuo. qualia ſunt.

Iuuat me audire.
Decet te legere.
Oportet illum intereſſe.
Delectat me ſcribere.

Quarta uerborum imperſonaliū actiuae uocis eſt ſpecies eorū que conſtruūtur ante ſe cum accuſatiuo perſonae patientis. ⁊ poſt ſe cum genitiuo perſonae agentis.

Poenitet me uitae.
Piget me tui patris.
Pudet me infamiae.
Miſeret me inſontis.
Taedet me ciborum.

Ex his duo carent praeteritis. ſed per circumlocutionem dicimus.

Perteſum fuit thalami.
Miſertum fuit inſontis.

Quinta uerborum imperſonaliū actiuae uocis ſpecies eſt. quae cum iungūtur infinitiuis uerborum imperſonalium imperſonalia ſunt. ut.

Incipit me tedere uiciorum.
Non poteſt auarum poenitere rapinae.
Solet pudentes pigere flagicij.
Conſueuit ignaros taedere ſapientium
Deſinit illos pudere flagicij.
Debet bonos decere uirtutem.
Vult ſapientes pigere malorum.

nfinita dicuntur. quia non habent determinatos numeros ac perſonas Infinita uerborū perſonalium exigunt ante ſe accuſatiuū poſt ſe autem caſum illius uerbi a quo ueniunt. ut cupio te inſeruire amicis. carere uoluptate.

Coniunguntur infinita frequenter uerbis uoluntarijs quae graeci proaeretica uocant. qualia ſunt.

Volo te amare uirtutem.
Cupio te inſeruire honori.
Deſidero te dare operam litteris.
Studeo tibi eſſe amicus.
Laboro inire amiciciam tuam.
Expeto redire in gratiam tecum.

Cum alijs quoq; uerbis iungitur. ut.

Video illum ſapere.
Cuncti fatentur ſcire.
Intelligo te eſſe amicum.
Scio te eſſe doctum.

Verba quoq; preceptiua quibus datiui adiunguntur. poſſumus accuſatiuis addere ſequenti uerbo infinito. ut.

Iubeo tibi uel te amare.
Impero tibi uel te eſſe ſolicitum.
Praecipio tibi uel te diſcedere.

Adiectiua etiam figurate cū infinitiuis iunguntur. ut.

Bonus inflare calamos.
Idoneus dicere uerſus.
Pares cantare carmina.
Parati reſpondere.

Imperſonalia quoq; uocis actiuae infinitiuis iunguntur. ut.

Placet diſcere litteras.
Licet reddire in patriam.
Liquet eſſe bonum ciuem.
Vacat audire labores.
Iuuat uidere arua.
Pudet ſectari turpia.

Infinitiuus quandoq; accipitur pro nomine. nam fere nihil aliud ſignificat quam rem uerbi. ut bonum eſt amare ideſt amor. ⁊ quod dicit perſius noſtrū iſtud uiuere triſte. i. uita triſtis. ⁊ Terentius extremae linea amare non nihil eſt. ideſt amoris. quādoq; accipitur pro praete

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

rito īperfecto indicatiui.ut romani pro
uiribus agere.i.agebant. poenus uero
repugnare. pro repugnabat.

erundia ſunt qui uerbis annu
merent. quod regāt caſus ſicut
qui nominibus. quod caſus
habeant. ſunt qui nomina participialia
dicant. quod in quibuſdaꝫ accidētibus
nomini in quibuſdam participio ſimi
lia ſint. nos tamen dicamus cum neqꝫ
nominis neque uerbi neqꝫ participij ra
tio illis conueniat. aliam quandam eſſe
partem orationis. quae tamen maximā
habeat ſimilitudinem cū nomine. Neqꝫ
id mirum uideri debet cuꝫ multi plures
multi pauciores quam octo partes ora
tionis poſuerint.

Gerundia ante ſe caſum non regunt. nam
inaudita eſt in ſermone latino conſtru
ctio illa. In conuertendo dominus cap
tiuitatem ſyon. et illud in deficiēdo ex
me ſpiritum meum. Illud quoqꝫ in con
ueniendo populos in unum. Cum dicē
dum eſſet. Conuertente domino capti
uitatem ſyon. uel cum conuerteret et
eodem modo de ſimilibus. Poſt ſe ue
ro regunt caſum uerbi a quo deſcēdūt
ut mihi eſt cura legendi uirgilium. et
legendo uirgilium euaſi doctioꝛ. et pa
cem troiano a rege petendum. et tēpus
eſt carendi uoluptatibus et inſeruiēdi
amicis.

Habent gerundia caſus obliquos omnes
ſed fortaſſe etiam rectis non carent. ut
Virgilius. uoluenda dies en attulit ul
tro. ut alio loco uoluendis menſibus oꝛ
bes. ubi uoluenda gerundium eſt ſicut
uoluendis. Iuſiurandum quoqꝫ quam
quam dictio compſita eſt. iurādum ge
rundium eſt. Nam inter gerundium et
participium illa eſt differentia. quod
gerundia rei adminiſtrationem ſine
tempore ſignificant. participia uero

tempus ſine rei adminiſtratione. unde
uoluenda quae uoluitur. non quae uol
uenda eſt. ius iurandum nō quod iuran
dum eſt. ſed quod iuratur. In obliquis
ut iuris dicundi occupatio tenet me. uir
tutis āmandae ratione ducoꝛ. templi a
deundi hoꝛa eſt. do operam iuri dicūdo
lectioni audiendae. negotio cōficiendo
curaui librum legēdum domum fabri
candam. ſepulturam faciendam. delec
toꝛ emendo agro. comparanda ſupelle
ctili. extruendo templo. ⁊ in plurali le
gendis libris. congerendis opibus. Eſt
quoqꝫ illud animaduertendum. geniti
uum ſingularem gerundij recte iungi
ſubſtantiuo plurali. ut liuius nō uereoꝛ
ne quis hoc me ueſtri adhoꝛtandi cauſa
loqui magnifice exiſtimet. ⁊ plautus
nominandi tibi iſtoruꝫ erit magis. quaꝫ
edundi copia.

Gerundia cum ſociantur ſubſtātiuo ſem
per paſſiue accipiuntur. qualia ſunt om
nia exempla ſuperius poſita. Diſiuncta
uero aliquādo actiue. ut uirgilius. Cā
tando tu illum. ideſt dum cantas. ⁊ alio
loco idem. Cantando rumpitur anguis
ideſt dum cantatur. praeter quam quod
gerundium genitiui terminatum in. di
ſine ſubſtantiuo a uerbis actiuis ſemper
ſignificat actionem. a paſſiue ſignificā
tibus paſſionem tantum. a neutris acti
uis actioneꝫ. a neutris paſſiuis paſſionē
a cōmunibus ⁊ deponentibus actioneꝫ
et paſſionem.

Iungūtur gerundia praepoſitionibus ac
cuſatiui frequēter cum. ad. ob. pꝛopter
inter. rarius. cum. in. ante. ut eo ad capi
endum hoſtem. ob numerandas pecun
as. pꝛopter emendos libros. ⁊ inter agē
dum oues. ante domandum boues A
blatiui uero gerundia iunguntur fre
quenter cum. in. ut in nauigando po
ſuerunt uenti. rarius cum de. ab. ut eſt

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

hieronymi libellus de uiuendo deo. ⁊
ex defendẽdo quam ex accuſando ma
ior gloria comparatur. cum gerundio
accuſatiui ſemper fere iungimus prae
poſitionem. praeter quam cum paucis
uerbis. ea ſunt. loco. conduco. mando.
curo. habeo. pro debeo. ut faciendam ſe
pulturam locaui. conduxi. mandaui. cu
raui. ⁊ habeo uidendum multa pro de
beo uidere.

Quod de gerũdijs diximus. idem
de ſupinis dici poteſt. eſſe aliaꝫ
ab octo partibus orationis. ni
ſi quod gerũdia participijs. ſupina uer
bis annumerari poſſunt. Eſt etiam illa
differentia. quod primum ſupinuꝫ ſem
per fere iungitur uerbo ſignificanti mo
tum ad locum. gerundia uero nihil nec
eſſe habent huiuſmodi uerbis iungi.
tam ⁊ ſi aliquando iungantur. ut eo ue
natum ⁊ ad uenandum. uado dormitũ
et ad dormiendum. mitto oratum ⁊ ad
orandum. age potum oues. ⁊ ad potã
dum. Nam illa do filiam nuptum. do
ſeruos uenum. uel uenundo ſeruos. ſpe
ctatum admiſſi riſum teneatis amici. et
ſimilia. motum in ſe continent. ſicut ⁊
illa ſuperiora. Significant uero ſemper
actionem niſi ſint a uerbis ſignificanti
bus paſſionem ⁊ in infinitiuo uocis paſ
ſiuae ratione huius uerbi iri. Itaqꝫ ex
hoc uerbo eo. ⁊ ſupino in. um. circumlo
quimur futurum infinitiui. ut ſpero me
profectum ire. credo me ire ambulatuꝫ
et in uoce paſſiua intelligo me damna
tum iri. uideo me ludificatũ iri. opinor
ſecretum hoc patefactum iri. Circumlo
quimur etiam futurum infinitiui per
participia futuri ⁊ hoc uerbum infinitũ
eſſe. ut ſpero me profecturuꝫ eſſe credo
me ambulaturuꝫ eſſe. intelligo me dam
nanduꝫ eſſe. uideo me ludificanduꝫ eſſe.
opinor ſecretuꝫ hoc patefaciendum eſſe
in quibus locis pro eſſe. non poſſumus
dicere fore. cum fore ſemper ſit futuri.
eſſe uero praeſentis temporis. Quod
ſi dicimus ſpero me profecturum fore.
aut intelligo me damnãdum fore. duo
futura inculcamus. quod ocioſum eſt.
Vltimum ſupinum non eſt caſus ablatiui.
neqꝫ iungitur uerbo. ut indocti grãma
tici dicunt. uenio lectu. auditu. nec poni
tur pro nomine ut dicit priſcianus uena
tu pro uenatione. Nam inter nomen
uerbale et ſupinum haec differentia eſt
quod uerbale coniungitur adiectiuo.
regit caſus. regitur a uerbo et a parti
cipio ſubſeruiente quoqꝫ praepoſitio
ne. ut careo toto uiſu oculorum. priua
tus antea auditu aurium. non nihil eti
am ex odoratu. quae omnia abſunt a
ſupino. neqꝫ unquam regitur niſi a no
mine adiectiuo. ſemperqꝫ paſſionem ſi
gnificat ultimum. ſicut primum actio
nem. ut miſerabile uiſu. i. quod uidea
tur. facile dictu. i. quod dicatur. horrẽ
dum auditu. i. quod audiatur. obſcenũ
aſpectu. i. cum aſpiciatur. res iocunda
cognitu. i. ut cognoſcatur et ſimilia.
Quae tamen ambiguum uſum habẽt
nominis et uerbi animaduertendum eſt
utram in partem accipi debeant. ut tu
es dignus gubernatu. ſi pro gubernati
one accipias nomen erit. ſi pro eo quod
eſt ut guberneris uel dignus gubernari
uerbum erit. ſed nomini accommodare
poſſumus genitiuum. ut tu es dignus
gubernatu reip. uerbo autem nec debe
mus nec ſolemus.

Participium eodem modo iun
gitur nomini pronomini et
uerbo. quo nomen adiectiuuꝫ
poſt ſe uero conſtruitur cum caſu uerbi
a quo trahit originem. ut egens pecu
niarum uel pecunijs. ſeruiens honori.

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

amans uxorem carens luce. dilectus mihi uel a me. amandus a te. obliuiſcēdus illis uel ab illis.

Sunt nomina participijs ſimilia. ut ſapiens. amans. doctus. quae ſola conſtructione diſcernuntur. Nam cum dico amans uxorem participium eſt. com uero amans uxoris. nomen. ⁊ tunc cumparationem recipit ut amantior uxoris amātiſſimus uxoris. doctus a me. participium eſt. uir doctus. uir doctior. uir doctiſſimus. nomen. Diſcernuntur etiam tempore. Cum enim dico eſt amandus a me ſignifico quod ſum illum amaturus. Cum uero eſt amandus dico. ſignifico quod amari dignus eſt. idq; ſine tēpore certo. Vix tamen ſub hac forma recipit comparationem. ut quod iuniores dicunt Reuerendiſſimus. Colendiſſimus.

[N]omina etiam cum caſibus cōſtruuntur. quaedam cum genitiuo. qualia ſunt quae formam habent participiorum. ut.
Patiens laboris.
Appetens pecuniarum.
Fugitans litium.
Seruantiſſimus aequi.
Amantiſſimus bonorum.
Cupientiſſimus legis.
Nam poſitiuorum conſtructio in comparatiuis ⁊ ſuperlatiuis ſeruatur.
Doctus grāmaticae. Victus animi.
Profuſus pecuniarum. Expertus belli.
Praefectus urbis. praepoſitus ciuibus

Nomina quoq; a uerbis deriuata in. or. ⁊ in trix. eundem genitiuum recipiunt. ut
Cultor amicorum. Cultrix deorum.
Amator mulieris. Amatrix uiri.
Doctor gentium. Expultrix uiciorum

Nomina quoq; adiectiua etiam genitiuo iunguntur. qualia ſunt.
Integer uitae. Purus ſceleris.
Praeceps animi Prodigus uitae.
Dubius itineris. Anceps ſermonis
Certus rei. Auidus pugnae.
Securus amorꝝ. Studioſus lr̄aꝝ.
Conſcius facti. Cupidus honeris.
Inſcius doloris. Neſcius rerum.
Expers hūanitatis Exortes uitae.
Peritus aſtrorum Copioſus argenti
Opulētus rerum. Capax doctrinae.
Tenax propoſiti. Auarus tēporis.
Indignus frumēti Inops animi.
Pauper bonoruз. Egenus opis.
Parcus doctrinae. Compos uictoriae.

Quaedam etiam genitiuo ⁊ ablatiuo iungi poſſunt uiciſſim. ueluti.
Diues agrorum ⁊ agris.
Vacuus cerebri ⁊ cerebro.
Plenus rimarum ⁊ rimis.
Dignus honoris ⁊ honore.

Quaedam ſunt quae poſſunt iungi genitiuo ⁊ datiuo. ut.
Similis patris uel patri.
Fidiſſimus regis uel regi.
Proximus tullij uel tullio.
Propinquus caeſaris uel caeſari.
Vicinus antonij uel antonio.
Affinis pompeij uel pompeio.
Cognatus bruti uel bruto.

Nomina praetera ſuperlatiua cum genitiuo plurali ſemper conſtruuntur aut cuз genitiuo ſingulari nominis collectiui quemadmodum dicimus.
Doctiſſimus graecorum.
Sapientiſſimus philoſophorum.
Amantiſſimus omnium uxoris.
Ditiſſimus auri phenicum.
Fortiſſimus gentis danaum.
Calidiſſimus totius popul.
Ad quorum ſimilitudineз unus ſolus et primus cum genitiuo plurali iunguntur. ut unus omnium ſapiens ſolus amicorū doctus primus militum eſt.

Datiuo etiam complura iunguntur. ut.
Damnoſus amicis. Acerbus parēti

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Facilis oibus. Carus ſuis.
Jocūdus alienis. Vtiꝰ bello gerēdo
Jntētus ſtudijs. Jnimicus malis.
Jnuidus pari. Aptus theatro.
Grauis patribus Moleſtus plebi.
Verbalia quoqꝫ ī bilis datiuo iūgūtur ut
Amabilis mihi. Viſibilis tibi.
Accuſatiuo etiam iungūtur plura ſed fi
gurate idqꝫ apud poetas tantum. nam
qui proſa oratione ſcribunt aut loquun
tur hanc figurā nō admittunt. uelut.
Flauus capillos. Fortis dextram
Nuda genu. Celer pedes.
Albus faciem. Niger oculos
Ablatiuo ſiue etiaꝫ ſeptimo caſui iungū
tur complura. ueluti.
Alienus a crimine.
Oriundus ex aphrica.
Longinquus ab urbe.
Diuerſus a peccato.
Secundus ab hercule.
Quartus a ioue.
Jnſignis fama. praeclarus laude.
Vehemens facundia.
Glorioſus eloquentia.
Jnfirmus aetate.
Contentus paucis.
Orbus filijs ⁊ uxore.
Mediocris ſtatura.
Arduus corpore.
Vir macilenta facie.
Mulier glaucis oculis.
Puer capillo flauo.
Senex fronte anguſta.
Ablatiuus ſiue ſeptimus caſus plaerūqꝫ
ponitur abſolute per duo nomina. aut
per nomen ⁊ participiuꝫ. aut per nomē
⁊ pronomen. aut per pronomen ⁊ par
ticipium. ut.
Cicerone cōſule. Jmpatore auguſ.
Rege ferdinādo. Metuente populo
Ducēte deo. Volentibus dijs.
Adminiſtrāte duce. Me praeceptore
Te cauſidico ⁊ patrocinante.

Jllo iudice dicente ſententiam.
Ablatiuo etiaꝫ iunguntur nomina cōpa
ratiua. ut doctior Cicerone ſapientior
hortenſio eloquentior caeſare fuit cato

inter comparatiuū et ſuperlatiuū
illa eſt differētia. quod cōparati
uuꝫ refertur ad unuꝫ ſui uꝉ diuer
ſi generis. uel ad plura diuerſoꝝ gene
rum. Superlatiuū ad plura ſui generis
comparatur. Cum uero fit comparatio
inter duo quādoqꝫ graecos imitati ge
nititiuum comparatiuo iungimus. ut
aiacum fortior fuit thelamonius. ⁊ ma
nuum dextra eſt melior. Quod ſi tres
fuiſſent aiaces. recte dixiſſeꝫ aiacum the
lamonius fuit fortiſſimus. ſicut recte di
citur digitorum medius eſt lōgiſſimus
Sed alias cōparatiuus ablatiuo ſingu
lari uel plurali. Superlatiuus genitiuo
plurali iungitur.
Quiſqꝫ ſemper iungitur ſuperlatiuo. om
nis ⁊ cunctus comparatiuo ⁊ poſitiuo.
ut Optimus quiſqꝫ ſapientiſſimus quiſ
qꝫ. Omnes docti. cuncti ſapientes. At
uero quiſqꝫ aliquando iungitur poſiti
uis carētibus ſuperlatiuo. ut Saluſtius
ſtrenuus quiſqꝫ. decimus quiſque. ſep
timus quiſque.
Tantum ⁊ quantum poſitiuo iungitur.
tanto ⁊ quanto comparatiuo. ut.
Tantum doctus quantum facetus.
Tanto doctior quanto facetior.
Jdem eſt de aliquanto ⁊ aliquantum.
multo ⁊ multum. paulo ⁊ paulum.
Per poſitiuo ſemper iungitur. quam ſup
latiuo. ut perbonus perfacetus. quam
optimus quam facetiſſimus. perquam
poſitiuo. ut perquam iocundus perquā
honeſtus.

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

rthographiam qui latine in
terpretantur recte ſcribendi
ſcientiam appellant. Ea ut
auctor eſt Quintilianus cõ
ſuetudini ſeruit. atq; idcirco ſaepe mu
tata eſt. Conſuetudo autem illa demū
eſt intelligenda quae doctiſſimorum ui
rorum uſu comprobatur. Igitur de rec
ta ſcribendi ratione tractare uolentes
a diffinitione litterae incipiemus.
Littera eſt minima pars uocis cõpoſitae.
id eſt quae conſtat ex compoſitione litte
rarum. uel littera eſt uox quae ſcribi po
teſt indiuidua. Dicitur autẽ littera qua
ſi legitera. quod legendi iter praebeat.
uel a lituris. quod antiquiores ceratis
tabulis ſcribere ſolebãt ⁊ deinde delere
Litteras ab elementis hoc diſtare putat
Priſcianus. quod elementa proprie di
cuntur ipſae pronũciationes. notae autẽ
earum ⁊ lineamenta uoces repraeſenta
tia litterae appellantur. Dicta ſunt ele
menta ad ſimilitudinem elementorum
mundi. Nam ſicut illa coeuntia omne
corpus perficiunt. ſic littrrae cõiunctae
litteralem uocẽ quaſi corpus quoddã
componunt.
Vocis differentiae quattuor ſunt. Arti
culata. quae ab aliquo ſenſu mẽtis pro
ficiſcitur ut dominus. dixit. Inarticula
ta quae a nullo ſenſu mentis proficiſci
tur. ut ſtrepitus. Quaedam articulata
rum ſcribi poſſunt. ut Arma. quaedã
ſcribi non poſſunt. ut hominum gemitus.
Inarticulatarum quaedam ſcribi poſ
ſunt. ut ranarum coax. ⁊ coruorum cra
quaedam ſcribi non poſſunt. ut philo
melae atq; hirundinis cantus.

rincipio graeci ſedecim tantũ
habuere litteras. quas ex pho
enicia cadmum Agenoris fili
um cum ſororem raptam inueſtigaret
in graeciam adduxiſſe uolunt. Eas poſ
tea latini a nicoſtrata euandri matre ea
dem pene figura receperũt quo tempo
re cum filio ex arcadia in italiam commi
grauit. hae fuerunt apud graecos hoc
ordine.
quae ſunt apud nos. a. b. c.
d. f. g. i. l. m. n. o. p. r. ſ. t. y. Sed graeci
ad antiquas paulatim octo litteras ad
diderũt. Nam cum prius habuiſſent uo
cales tantum quinque dicronas. id eſt
quae produci ⁊ breuiari poſſent. duas
addi placuit. quas fecere
ſemper longas ⁊ ex prioribus.
ſemper breues eſſe uoluerunt. Poſtea
uero circa belli troiani tẽpora palame
des. ut auctor eſt Seruius trium conſo
nantium quae proprie aſpirari poſſunt
figuras adinuenit. Nam quia
.r. litterae aſpiratio non cohaeret. ſed
quiddam extrinſecum ſonat cum illa.
nullam aſpirationis figuram illi dede
runt. Deinde Simonides poeta. lit
ram addidit ad linguae ſuae ſcripturae
q; ornamentum. Ex quibus ſex nullam
ſuſcepimus. nam pro. utimur. e. lõ
go pro. mega. o. longo. pro. th
pro. ph. pro. ch. pro. ps. At ue
ro quemadmodum. quod erat di
gama colicum in noſtrum uſum aſciue
rimus alias diſeremus. Poſt hanc a noſ
tris auctoribus. q. littera eſt excogitata
quae metſi eiuſdẽ uĩ eſſe ſoni cū. c. eã
tamẽ noſtri auctores in illis dictionibus
optaſſe uiſi ſunt. in quibus pinguior ſo
nus exigitur quã per. c. litterã praeſta
ri poſſit. Poſt has nonnulli ex noſtris.
in eadem forma qua eſt apud grae
cos ſuperuacuae aſſumpſerunt. cū eius
locum. c. ſucceſſerit. Praeter has quoq;
cum graeci. litterã ultimo adinue
rint pro noſtrarũ dictionũ maxĩa cõmo

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

ditate illaꝫ ſub hac foꝛma ſuſcepim⁹. X
hoc ſoluꝫ differētes quod illi appellant
xi. nos uero litteris in uerſis. ix. nuncu
pamus. Poſtremo. y. pſilon ⁊. z. aſſum
pſimus quae nobis tantum in dictioni
bus graecis deſeruirent. h. uero quan
quam non eſt littera ſed aſpirationis ſi
gnum illa tamen noſtri in oꝛdine littera
rum poſt. g. poſuerunt.

Claudius quoqꝫ caeſar ſuperioribus an
tiſſima adiecit ſub hac figura. uoluit
qꝫ illaꝫ eius litterae uim poſſidere quae
a graecis dicitur. pſi. ſcribebantqꝫ ſuo
ſaeculo hac litteratura. almus. ita
cus. Sed haec littera a poſteris non eſt
recepta.

gitur duae ⁊ uiginti litterae ſunt
in uſu apud latinos. A. b. c. d. e. f.
g. i. k. l. m. n. o. p. q. r. ſ. t. u. x. y. z.
Quarum ſex ſunt uocales. a. e. i. o. u. y.
pſilon. Sedecim conſonantes. b. c. d. f. g
k. l. m. n. p. q. r. ſ. t. x. z. Vocales dictae
ſunt quia per ſe uoces perficiunt ⁊ ſine
his uox litterata pꝛoferri nō poteſt. Cō
ſonantes uero dicuntur quia niſi uoca
les feriant per ſe nullum ſonum habēt.

Conſonantium rurſus ſeptēꝫ ſunt ſemiuo
cales. l. m. n. r. ſ. x. z. nouem mutae. b.
c. d. f. g. k. p. q. t. Dictae ſunt ſemiuoca
les quia quantum in ſonoꝛitate uincun
tur a uocalibus. tantū ſuperant mutas.
Vnde etiam mutae dicuntur nō quod
partes uocis non ſint. ſed quod ad com
parationem uocalium ⁊ ſemiuocalium
ita ſint nominatae. Obſeruatuꝫ eſt enim
a graecis ut omnes dictiones aut in uo
cales aut in ſemiuocales deſinant. apud
nos ex maxima parte non tamē omnes
quoniam inueniuntur quaedam in mu
tas etiam deſinentes. Semiuocales ab. e
incipiunt ⁊ in ſe ipſas deſinunt praeter.
x. quae ſola ut diximus ab. i. incipit p

apoſtrophē graeci nomīs xi. Mutae ue
ro a ſe ipſis incipiētes in uocaleꝫ deſinūt
praeter. f. quae ipſa a quibuſdam inter
ſemiuocales ānumerata ē. ⁊ quondam
a nobis pꝛo digema aeolico deſeruiebat

Ex his quae ſūt a nobis ⁊ de litteris ⁊ de
litterarum figuris cōmemoꝛata oꝛitur
illa Quintiliani quaeſtio. deſint ne ali
quae litterae latinis. ⁊ an ſint aliquae
ſuperflue. Nam ut diximus. k. ⁊. q. pe
nitus occioſae ſunt. ⁊. non omni
no neceſſariae. y. ⁊. z. graecarum tan
In. ul. breuiant. ut conſul conſulis.
In. an. producunt ut titan tanis.
In. en. quae mittunt in. inis. breuiant. ut numen numinis. quae uero in. enis. producunt ut troezen troezenis. Praeter hymen hymenis.
In. in. uel in. yn. producunt. ut ſalamin ſalaminis. phorcyn phorcynis.
In. on. partim producūt ut thelamon thelamonis. calidon calidonis. partim breuiant. ut canon canonis. uaſcō uaſconis ſydon ſydonis. quandoq; pducit quādoq; breuiat.
In. ar. producunt. ut cochlear. aris. Exci
Iubar. aris. Nectar. aris.
Par paris. Caeſar. aris.

Et propria nomina barbarorum ut boſtar boſtaris. hamilcar. aris.
In. er. breuiant. ut anſer. eris. Excipitur.
Ver. ueris. Crater. eris.
Caracter. eris. Stater. eris.
In. ir. breuiant. ut gaddir gaddiris.
In. or. producunt. ut amor. oris. Excipī.
Arbor. oris. Marmor. oris.
Aequor. oris. Memor. oris.
Et compoſita a puero ut publipor. oris ⁊ a corpore ut tricorpor. oris. ⁊ a decore ut indecor indecoris. ⁊ nomina graeca ut neſtor. oris. caſtor. oris.
In. ur. breuiant. ut gutur. uris. robur. ris
In. as. producunt. ut aeſtas. aeſtatis. Exci
Mas maris. Vas uadis.
Et nomina graeca mittētia genitiuum in adis uel ados. ut pallas palladis uel pallados.
In. es. breuiāt. ut miles militis. Excipitur
Quies. etis. Inquies. etis.
Locuples. etis. Magnes. etis.
Merces. edis. Haeres. edis.
Et nomina graeca. ut dares daretis. lebes lebetis. tapes tapetis.
In. is. breuiant. ut cuſpis. idis. Excipitur
Glis gliris. Samnis. itis.
Lis litis. Quiris. itis.
Dis ditis. Margaris. itis.
In. os. producunt. ut mos moris. Excipī
Impos. otis. Compos. otis.
Bos bouis.
In. us. breuiant. ut tēpus. oris. Excipitur
Virtus. utis. Seruitus. utis.
Salus. utis. Palus paludis.
Iuuentus. utis. Incus incudis.
Senectus. utis. Tellus telluris.
Et nomina monoſyllaba. ut ius iuris.
In. s. praecedente cōſonante breuiant. ut Celebs celebis. Excipitur.
Cyclops. opis. Seps ſepis.
Europs. opis. Plebs. bis.
In. t. breuiāt. ut caput. itis. ⁊ ſua cōpoſita
In. x. producūt ut audax. acis. Excipitur.

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

| | |
|---|---|
| Dux cis. Fax facis. | Fornix .icis. |
| Pix picis. | Varix.icis. |
| Calix.icis. | Crux. ucis. |
| Cilix.icix. | Nux nucis. |
| Filix.icis. | Trux. ucis. |
| Salix.icis. | Nix niuis. |

Et nomina propria deſinentia in ax. ut collax.acis. atax.acis.

Et hn̄tia.e.ante. x.ut pullex.icis. Exci.

| | |
|---|---|
| Lodex. icis. | Veruex.ecis. |
| Vibex .icis. | |

Et quae mittunt genitiuum in gis. ut grex.gregis. ſtyx ſtygis. Excipitur.

| | |
|---|---|
| Lex legis. | Frux frugis. |
| Rex regis. | |

E.o.in cremēto plurali ſuper genitiuum ſingularē. producuntur. ut muſaꝝ. dieꝝ.dn̄orum.mulabus.i. uero ⁊.u.ſemp breuiātur ut patribus.uerubus.

rremētuꝫ uerboꝝ fit quotiens declinationis ratio ſuperat ſecundam perſonaꝫ praeſentis indicatiui modi uocis actiuae. Igitur.a.in cremento uerboruꝫ ſemp producitur .ut amamus amabam.amabo. Excipitur do.as.quoniam ſemper breuiat primum crementū ut damus. dabam.

E.in cremento uerborum producitur.ut amemus. amauerunt. Excipitur primū crementū tertiae coniugationis in omni tempore praeſenti cum praeterito imp fecto ſubiunctiui.ut utinam legerem cū legereꝫ.legere legeris uel legere legatur.utinam legerer cum legerer.

Pluſqauꝫ perfectū quoqꝫ indicatiui praeteritū pfectū ſubiunctiui cuꝫ futuro breuiant penultimā.ut amauerā. ameuerī amauero.futurū etiā indicatiui primae ⁊ ſecūdae coniugationis uocis paſſiuae breuiant.e.ante r.ut amaueris uel amabere. doceberis uel docebere.

I. in cremento uerborum quartae coniugationis primo preterquam in praeterito ſemp producitur ut audimus. At uero in ſecundis crementis atqꝫ aliis in locis niſi ſequatur.u.ſemper breuiatur ut amauimus doccmini. Excipitur.uelimus.itis.ſimus.ſitis.

O.in cremento uerborum ſemper producitur.ut amatote.

V.in cremento uerborum ſemper breuiatur.ut poſſumus. quaeſumus.

ante.b.breuis eſt.ut ſcabies. Excipitur .

| | |
|---|---|
| Fabula.ae. | Tabes.is. |
| Pabulum.i. | Labes. is. |
| Strabo.onis. | Labor .eris. |

A.āte.c. breuis. ut acer aceris placeo paciſcor. baculus ſpacium. Excipitur.

| | |
|---|---|
| Machina.ae. | Thracia.ae. |
| Dacus. ci. | Acer acris. |
| facundus.i. | Vaca. ae. |

Et habentia.b.uel. p.ante.a. ut.baca.ae brachae.arum placo.as.

M.ante.d. breuis eſt. ut uadum.i.Excipī

| | |
|---|---|
| Clades.is. | Spadis.icis. |
| Gradiuus.i. | Rodo. is. |
| Gades.ium. | Vado.is. |
| Radix. icis. | Suadeo.es. |
| Trado. | Traduco. |

A.ante.f.breuis eſt.ut uafer.

A.ante.g.breuis eſt.ut ager.flagelluꝫ.i. fragor.oris.fragilis. plaga.Excipitur

| | |
|---|---|
| Magalia.ium. | Vagina.ae. |
| Stragulum.i. | Vagio. is. |
| Saga . ae. | Fragor.aris a quo |
| Strages.is. | Suffragor. aris |
| Agis. n.p. | Refragor. aris |

Et habentia .f.uel.p. ante.a. ut fagus. flagrum. pagus plaga pro uulnere.

A.ante.l.in diſyllabis producitur. Exci.

| | |
|---|---|
| Malus.a.um. | Palus.udis. |
| Pales.is. | Calix.calicis. |
| Phala.ae. | Chalybs.ibis. |
| Salus. utis. | Halys.flu. |
| Palam . | Alo alis. |

Poliſyllaba quoqꝫ ut caleo. Excipitur

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Caligo.inis.
Alea.ae. Alecto.us.
Balena.ae. Squaleo. es.
A.ante.m.in diſſyllabis producitur.Exci
Chlamis. idis. Amo.as.
Fames.is. Tamen.
Samos.i.
Poliſyllaba quoq; ut famulus.Excipi
Lamina. Amentum.
Daemoetas.n. p. Lamentor.aris.
A.ante.n.in diſſyllabis producitur. Exci
Anas.atis. Anus. us.
Canis. is. Ana praepoſitio
Manus.us. Cano. is.
Poliſyllaba quoq; ut animus. Excipi.
Ganeo.onis. Anacreō.ontis
A.ante.p.breuis eſt.ut caper.Excipitur.
Mapae.arum. Apidanus flu.
Papas.ae. Rapum.i.
Lapa.ae. Papilio.onis.
Crapula.ae. Vapulo.as.
A.ante.q.breuis eſt.ut aqua.
A.ante.r.breuis eſt.ut ariſta. uaricoſus.
aruſpex.Excipitur.
Carex.icis. Carica.ae.
Area.ae. Glarea.ae.
Ara.ae. Naricius.a.um
Varicus.a.um. Areo.es.
Varex.icis. Pareo. es.
Adiectiua quoq; in.rus.ra.ru;.ut Ra
rus.rara. rarum.
A.ante.s.in diſſyllabis producitur. Exci.
Baſis. Caſa. Quaſi.
Poliſyllaba quoq; ut aſinus.Excipi.
Caſeus.i. Baſium.ij.
Aſia palus.
A.ante.t.breuis eſt.ut lateo.es.Excipi.
Vates.is.
Laterna.ae. Latus.a.um.
Saturnus.i. Ater.a.um.
Latona.ae. Atalanta.ae.
Et habentia.m. uel.r.muta praecedēti.
ut mater pratum.praeter mathеſis.

A.ante.u.conſonantem breuis eſt. Exci.
Gnauus.a.uum. Mauors.ortis.
Prauus.a.um. Pauo. onis.
Gauiſus.a.um. Mauix a malo.
Auius.a. um. Suauis ſuaue.
Suauium.ij.
Et hñtia.l.muta praecedenti.ut flauus.
ante.b.breuis.ut hebes.Excipitur
Thebe. es. Thebae.arum.
Creber. a.um. Plebes.is.
Trebula. ae. Gleba.
E.ante.c. breuis eſt. ut iecur. Excipitur.
Atheca compoſitum.ut dactilotheca
E.ante.d.in diſſyllabis producitur.Exci.
Edo pro comedo. Cedo pro dic.
Poliſyllaba quoq;.ut ſedeo. Excipi.
Medea n.p. Sedulus.
E.ante. f.breuis eſt. ut nefas.
E.ante. g.breuis eſt.ut lego.is.rego.is
Tego. is. Excipitur.
Tegula.ae. Lego.as.
Regula.ae. Regina.
E.ante.l.in diſſyllabis producitur.Excipi
Scelus. Gela fluuius.
Gelu. Chelis.
Melos. Velut.
Celer. Velim. Melan. Nigrum
Poliſyllaba quoq; ut melior.Excipitur
Helectrū. Peluſium.
Electra.n.p. Pelion.
Helios ſol. Pelamis. idis.
Eliſius.a.um Helis. idis.
Delubrum.i. Meli.i.mel.
Deliciae.arum. Meli mela.
Spelunca.ae. Spelea. Melicratum.
E.ante.m.breuis eſt.ut gemo.Excipitur.
Democritus. Temo.onis.
Demophoon. Nemo.inis.
Demoſthenes. Hemis.unde.
Emathia.ae. Hemina.ae.
Semen.inis. Semis.
E.ante.n.longa eſt.ut Hena.ae.Excipitur
Feneſtra.ae. Enim.

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Penus. Penſitus.
Penates. Penes bene.
Penetro.as. Freneſis.
Menalus.i. Menalippe.
Et habentia. g.ſ.t.u.ante.e. ut genus. ſenex. teneo. uenio. praeter uena. uenor. Tenia.

E.ante.p.breuis eſt.ut nepos. Excipitur.
Cepa.ae. Sepes. Cephiſus flu.
Cepheus.i. Tepor. Epirus.i.

E ante.q.breuis eſt.ut ſequor. Excipitur
Neqꝫ. Nequaquam.

E. ante.r.breuis eſt.ut ſeries. Excipitur.
Heros.is. Pera.ae.
Feralis.e. Pero.onis.
Erumna.ae. Spero.as.
Cerulus.a.um. Erigone.es.
Eruca.ae. Xerampelinus
Sero aduerbium. Cleros.i.ſors.
Seria. Cerinthus.
Seres.is. Eridanus.
Verus.a.um. Geryon.
Veratrum.i. Tereus.
Verona.ae.

E.ante.ſ. producitur.ut neſos.

E.ante.t.producitur.ut uetus. Excipitur
Metallum.i. Tetricus.a.um.
Metaurus.i.
Fretum.i.
Metrum.i. Meto.is.
Getes.is.
Etheocles.is. Metuo.is.
Ethemon.onis. Etiam.
Ethos.mos. Retro.
Thetis.idis. Meta praepoſitio
Et hñtia.p. uel.u.ante.e.ut peto.ueto.

E.ante u.conſonantem longa eſt. Excipꝫ
Seuerus.a.um. Breuis.e.
Leuo.as. Leuis.e. Beuer.eris.

ante.b.breuis eſt.ut ibirus. Ex.
Tribulum. Vibes.i cis.
Hibernus.a.um. Tybur.uris.
Fibola.ae. Libum.i.
Tibia.ae. Libo.as.
Liber.a.um. Scribo.is.
Sibilus.i.
Ibis.idis.

J.ante.c.breuis eſt.ut dicax. Excipitur.
Spiculum.i. Pica.ae.
Vicus.i. Picenum.i.
Mica.ae. Icarus.i.
Niceterium.ij. Ficus.i.
Nicos uictoria. Licium.ij.
Trica.ae. Vicenus.a.um
Spica.ae. Tricenus.a.um
Picus.i. Sicut.
Sica.ae. Dico.is.
A quo compoſita nomina in icus exuntia breuiant penultimam.ut fatidicus. ueridicus. iuridicus. cauſidicus.

J.ante.d.longa eſt.ut rideo. Excipitur.
Idem genere neutro. ⁊ ideo.
Fides.ei.unde. Fidis.is.
Fidelis.ele. Ciconia.ae.
Idoneus.a.um. Didymus.
Viduus.a.um. Cydon.onis.
Video.es. Quidem.
Hydaſpes.is.

J.ante.f.longa eſt.ut.

J.ante.g.breuis eſt.ut ligur. Excipitur.
Bigae.arum. Figo.is.
Frigus.oris. Frigo.is.
Pigargus.i. Fligo.is.
Viginti. Stigo.as.unde.
Triginta. Veſtigo.as.
Pygae.arum. Inſtigo.as.
Strigilis.is.

J.ante.l.longa eſt.ut uilis. Excipitur.
Cylindrus. Cilix.icis.
Hilaris.e. Cilium.ij.
Milium.ij. Lilybaeus.
Pilus.i. Hilas.ae.
Pila.ae. Pylades.
Pileus.i. Pilũnus.
Philos cum compoſitis.
Et hñtia.ſ.uel.t.ante.i.ut ſileo.tilia.

J.ante.m.longa eſt in diſſyllabis. Excipꝫ.
Thymus. Nimis.
Fimus. Simul Hymen.

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Poliſyllaba quoqȝ.ut timeo Excipitur
Simius.

J.ante.n.longa eſt.ut hoc ſinum.Excipĩ.

Tinca.ae. — Linus.n.p.
Linio.is. — Lino.is.

Et habẽtia.c.m.s.ante.i.ut cinis. minor.aris. ſinus.

J.ante.p.breuis eſt. ut piper. Excipitur.

Vipera.ae. — Cipus.
Ripa.ae. — Cyphus.
Siphariis.i. — Tiphis.
Sipho.onis. — Tiphon.
Stipes.itis. — Jphigenia.ae.
Stipo.as. — Jphitus.i.

J.ante.q.breuis eſt.ut liquo.as. Excipĩ.
Liquor liqueris.

J.ante.r.in diſyllabis lõga eſt.Excipitur.
Pyrus.i.

Pyra.ae. — Lyra.ae.

Poliſyllaba quoqȝ.ut myrica. Excipĩ.

Styria.ae. — Chironomõ.õtis
Pirata.ae. — Chirurgus.
Pyramus.i. — Cyrenae.arum
Pyramis.idis. — Pirithous.
Syrius ſtella. — Tyrinthius.
Tyreſias.ae.

J.ante.ſ.longa eſt.ut niſus.Excipitur.

Miſer.a.um. — Biſons.ontis.
Ptiſana.ae. — Chryſos aurũ

J.ante.t.breuis eſt.ut hoc iter. Excipitur

Nitor.oris. — Titillo.as.
Clitella.ae. — Vito.as.
Pſitacus.i. — Vitis.is.
Titan.anis. — Jtalia.ae.
Phiton.onis. — Criticus.i.
Phytia.orum. — Clitorius.ij.
Pitiſma.atis. — Clitumnus.i.
Mitis.e. — Tityrus.i.
Ritus.us. — Sitonia.ae.
Tryton.onis. — Pythagoras.ae
Tithonus.i. — Brito.onis.

J.ante.u.conſonãtem longa eſt. ut uiuo
ante.b.longa eſt.ut robur. Excipĩ

Soboles.is. — Obeſus.a.um.

Habentia quoqȝ duplicem conſonantẽ ante.o.ut globus probus.

O.ante.c.breuis eſt ut iocus. Excipitur

Jocundus.a.um — Cochis.is.
Procerus.a.um. — Ocyus.
Ocium.ij. — Ocymum.i.
Poculum.i. — Oceanus.i.
Phoca.ae. — Phocis.idis.

O.ante.d.in diſyllabis longa eſt.Excipĩ.

Modus.i. — Odor.oris.
Rhodus.i. — Modo aduerbi

Poliſyllaba quoqȝ ut rhodope.

O.ante.f.breuis eſt.ut ofella.

O.ante.g.lõga eſt.ut cogo.is.Excipitur.

Toga.ae. — Rogo.as.
Rogus.i. — Logos.i.ſermo

O.ante.l. breuis eſt.ut colo.is. Excipitur

Moles.is. — Polipus.i.
Molior.iris. — Stola.ae.
Dolium.ij. — Prolixus.a.um
Proles.is. — Colum.i.
Boletus.i. — Colo.as.
Colon. membrum — Solor.aris.
Colphium.ij. — Olim aduerbiũ.
Solus.a.um.

Compoſita quoqȝ a poleo uerbo graeco.ut myropola.bibliopola.

O.ante.m.longa eſt.ut omẽtum.Excipĩ.

Omaſum.i. — Comes.itis.
Homo.inis. — Omitto.is.
Stomachus.i. — Vomo.is.
Dominus.i. — Prometheus.i.
Coma.ae. — Homerus.i.
Domus.us. — Dromos curſus
Domo.as. — Tomos inciſio.
Glomero.as.

O.ante.n.breuis eſt.ut ſonus.Excipitur.

Zonae. — Pono.is.
Nonae.arum. — Pone.aduerbiũ
Nonus.a.um. — Gonos ãgulus

Et habẽtia.c.d.p.ante.o.ut conor.aris dono.as.pono.is.

O.ãte.p.breuis eſt.ut oportet. Excipitur

Opilio.onis. — Copia.ae.

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Popiſma. atis. Scopae.arum.
Propago. inis. Copo. onis.
Sopio. is. Copa.ae.n.p.
Populus arbor.
Tophus .i.
Copula.ae.

O.ante. q breuis eſt.ut loquor coquus.

O.ante.r.breuis eſt.ut chorus. Excipitur
Chorus uentus. Oro.as.
Coricus .i. Coram aduerbi
Thorax.acis. Coralus .i.
Ora.ae. Doris. idis.
Hora.ae. Sorex .icis.
Et habentia.l.uel.r.ante.o.ut lorica. gloria prora.

O.ante.t. breuis eſt.ut totidē. Excipitur
Lotos.i. Poto.as.
Totus. a.um. Quotidie.
Et habentia duplicem conſonantem ante. o.ut cloto.protos.protinus.

O.ante.u.conſonantem breuis eſt.ut ouis
Excipitur ouum.i.

ante.b.breuis eſt.ut rubor. Excipī.
Tuber.eris. Bubo. onis.
Vber.eris. Nubes.is.
Suber.eris. Pubes. bis.
Rubigo.inis. Nubo.is.a quo.
Pronuba. Innuba breuiant penultimā

V.ante.c.longa ē.ut duco.is.Excipitur
Ducenti. ae.a. Cucullus.i.
Lucerna .ae.

V.ante.d.lōga eſt.ut rudo. is. Excipitur
Rudens. entis. Pudet.bat.
Sudes.is. Studeo.es.
Rudis. is. Cudo.is.

V.ante.f.longa eſt.ut rufus.

V.ante.g.longa eſt.ut lugeo.Excipitur.
Tugurium.
Et habentia .f.uel. i.uel.p.ante.u. ut fuga.iugum.pugil.praeter.
Iugis. ge. Iugerum.i.

V.ante.l.breuis eſt.ut ulula.Excipitur.
Vligo.inis. Iulius.ij.
Mula .ae.

V.ante.m.longa eſt.ut humanus.Excipī
Humus .i. Humerus.i.
Et habentia.c.n.t.ante.u. ut cramena. tumeo.numa.prater.
Numen. Cumae. arum.
Struma.

V.ante.n.longa eſt.ut nūmus. Excipitur
Cuneus.i. Tunica. ae.

V.ante.p.breuis eſt.ut lupus.Excipiūtur
Habentia.n.r.p.ante.u.ut nuper rupes pupa. pupula.

V. āte. r. producitur. ut Iuro. Excipī.
Nurus.us. Curulis.
Muria . Furia.ae.

V.ante.ſ.longa eſt.ut muſa. Excipitur.
Suſurrus .i. Puſillus.a.um.

V.ante.t.in.diſyllabis longa eſt.Excipī.
Cutis.is. Vter.a. um.
Frutex. icis. Puto.as.
Putris.e. Item aduerbiū
Polliſyilaba quoqȝ.ut puteus.Excipī.
Mutuus.a.um. Glutio.is.
Futilis. e. Futio.is.
Mutio.is. Puteo. es.

V.ante.u.conſonantē breuis eſt. Excipī.
Vua.ae. Vuidus.a.um.

ante.b.breuis eſt.ut cacabus.Exci.
Verbalia in bilis. ut amabilis.e.
In. abulum quoqȝ. ut acceptabulum.

A.ante.c. breuis eſt. ut pſitacus.Excipī.
Cloaca.ae.Opacus.a.um. Bacnacus.i.
In aculum quoqȝ. ut umbraculum.

A.ante.d.breuis eſt.ut encheladus. Exci
Cicada.ae.

A.ante.g.longa eſt.ut imago.Excipitur
Onager.i. Attagen. enis.
Pelagus. i. Aſparagus.i.
Pedagogus. Meleager.i.
Et nomina propria deſinentia in goras ut anaxagoras.protagoras.

A.ante.l.breuis eſt.ut italus. Excipitur.
Atalanta.ae. Sardanapalus.i
In alis quoqȝ deſinentia.ut legalis.

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

A.ante.m. breuis eſt.ut priamus.Excipi.
Dictamus.i. herba.
Terminata quoqꝫ in amē. ut iuuamen.
A.ante.n.breuis eſt ut tabanus. Excipī.
Bacchanal. alis    Bianoꝛ.oris.
Vulcanus.i.    Euphranoꝛ. oris
Garganus.i.    Hircania. ae.
Adiectiua quoque in anus.ana.anum
ut romanus.a.um.⁊ inanis.ane. ut ina
nis.inane.
A.ante.p.breuis eſt.ut alapa. Excipitur
Priapus.i.    Anapis fl.
Sinapis.is.    Japix uentus.
A.ante.r. breuis eſt.ut barbarus.Excipī
Amaracus flos.    Caphareus mōs
Tiara.
Adiectiua quoqꝫ in arus.a.uꝫ. ut ama
rus.a.um.uel in aris.ut molaris.e.uel
in arius.a.um.ut carnarius.a.um.
A.ante.ſ.breuis eſt.ut carbaſus. Excipī
Parnaſus.    Amaſis rex.
Omaſus.i.    Agaſo.onis.
A.ante.t.breuis ē.ut calatus.Excipitur
Euphrates.    Achates.
Aratus poeta.    In atus quoqꝫ de
ſinentia participiis ſimilia.ut galeatus
ante.b.lōga ē. ut ephebus. Excipi.
Herebus.    Helleborum.
Terebintus.
E.ante.c.longa eſt.ut gynecium. Excipi.
Seneca. ae.    Berecyntus.
E.ante.d.longa ē.ut uercdus. Excipitur.
Eſſedum.i.    Automedon.
Andromeda.ae.    Laomedon.
Cathedra. ae.    Lacedaemon.
Macedo .onis.
E.ante.g.breuis eſt.ut integer.Excipitur
Cethegus.
E.ante.l.longa eſt.ut coꝛnelia.Excipitur.
Angelus .i.    Cybele.es.
Ariſtoteles.    Praxiteles.
Pyrgoteles.    Achelous.i.
E.ante.m.longa eſt.ut racemus. Excipī
Vehemens.    Anchemolus.
Heremus.    Ptolemaeus.
Telemachus.
E.ante.n.longa eſt.ut lagena.Excipitur.
Juuenis.    Achemenes.
Hebenus.    Poꝛſena.
Helenus.    Armenia.
Helena.    Melpemene.
Parthenope.    Climene.
Et nomina pꝛopria in.enes.deſinentia.
ut demoſthenes. origenes.
E.ante.p.breuis eſt.ut telephus Excipitur
Praeſepis. is.
E.ante.r.breuis eſt.ut camera.Excipitur.
Chimera.    Panthera.
Megera furia.    Statera.
Galerus.ri.    Abdera. ei.
Homerus.    Cythera .orum
Hiberus fl.    Cytherea uenus
Et adiectiua in.erus.a.um.ut ſeuerus.
a.um. Auſterus.a.um.praeter.
Inferus.a.um.    Superus.a.um.
E.ante.ſ.breuis eſt.ut lacheſis.Excipitur.
Lyrneſos.ci.    Peloponneſus.
Matheſis.    Marpeſus mōs
Freneſis.    Galeſus fl.
E.ante.t.longa eſt.ut moretuꝫ.Excipitur
Phlegeton.fl.    Areta.n.p.f.
Japetus.n.p.    Arethuſa fons
Phaeton. n.p.    Temetum.i.
Maſſagetes ppli.    Amethiſtus.i.
ante.b.breuis eſt.ut lilybaeum.
J.ante.c.breuis eſt.ut ruſticus. Excipitur
Apricus.a.um.    Vmbilicus.i.
Amicus.a.um.    Foꝛmica.ae.
Mendicus.a .um.    Lorica.ae.
Poſticus. a.um.    Lectica.ae.
Pudicus.a.um.    Myrica.ae.
Caicus. fl.
Aricia.urbs.    Vrtica.ae.
Et pꝛopria barbarorum.ut alaricus.
J.ante.d.breuis eſt.ut uiuidus. Excipitur
Abydos.    Acidalia uenus
Et nomina finita in ido.ut cupido.
Et patronymica quae fiunt a nomībus

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

in eus dipthongon deſinētibus. ut pro
metheus promethides.

J. ante. g. breuis eſt. ut caligo. Excipitur
Auriga. Et nomina finita in igo.
ut uligo. inis. Caligo. inis.

J. ante. l. breuis eſt. ut facilis. Excipitur
Aprilis. is. Exilis. e.
Quintilis. Subtilis. e.
Sextilis. Aſylum. i.
Et neutra nomina in ile terminata. ut
monile. ancyle. cubile.

J. ante. m. breuis eſt. ut proximus. Excipī
Opimus. a. um. Enthimema.
Et terminata in imen. a uerbis quartae
coniugationis. ut munimen. inis.

J. ante. n. breuis eſt. ut patina. Excipitur.
Caminus. i. Bithynia.
Cyminum. i. Lacinium.
Catinus. i. Apoeninus.
Lupinus. i. Hippocrine.
Salinum. i. Nerine. es.
Propino. as. Feſtino. as.
Et propria nomina in. inus. ut carinus.
Deriuata in inus. plaerumq; producū
tur. ut alpinus. a. um. Aliquando tamē
breuiantur ut.
Craſtinus. a. um. Faginus. a. um.
Oleaginus. a. um. Serotinus. a. u;.
Biſſinus. a. um. Clādeſtinuſ. a. ū
Hyacinthinus. a. um. Bōbycinus. a. u;
Amethiſtinus. a. um. Cryſtallinuſ. a ū
Mirrinus. a. um.
In. ina. quoq; terminata producuntur
ut popina. aruina. Excipiuntur.
Pagina. ae. Proſerpina. ae.
Foemina. ae. Fuſcina. ae.
Machina. ae. Sarcina. ae.
Lamina. ae. Trutina. ae.

J. ante. p. breuis eſt. ut polipus. Excipitur
Obſtipus. a. um. Hyſippyla. n. f.
Euripus. Oedipus. Seriphos inſula.
Colyphium. Eriphyle.

J. ante. q. breuis eſt. ut ātiquus. Excipitur
Reliquus. a. um. Siliqua. ae.

J. ante. r. breuis eſt. ut ſatyrus. Excipitur
Papyrus. i. Delirus. a. um.
Butyrum. i. Semiramis. n. f.
Ithyreus. Magirus coquſ

J. ante. ſ. breuis eſt. ut cithiſus. Excipitur.
Paradiſus. Donyſa inſula.
Anchiſes. Dionyſius. n. p.
Gauiſus. Cambyſes.
Paralyſis. Amphiſa.
Paracliſis. Amphryſus.

J. ante. t. breuis eſt. ut ciuitas. Excipitur.
Cocytus fl. Hermaphroditus
Aconitum. i. Lechitus. i.
Terſites. n. p. Archita phūs.
Amphitrite. Mephitis putor
Et terminata in. ita. uel itus. a. um.
quae deriuantur a nominibus. ut iſra
helita. ab iſrael. maritus a mare. turri
tus a turre. auritus ab aure.

J. ante. u. conſonātem longa eſt. ut oliua.
ante. b. breuis ē. ut niobe. Excipī
October. Jacobus.

O. ante. c. breuis eſt. ut archilochus.

O. ante. d. breuis eſt. ut periodus. Excipī
Herodes.

O. ante. g. breuis ē. ut egloga. Excipiūtur
Compoſita a gogo. ut ſynagoga.

O. ante. l. breuis eſt. ut ſoboles. Excipitur
Aetolia. ae. Mauſolus.

O. ante. m. breuis eſt. ut latomus. Excipī.
Amomum.

O. ante. n. producitur. ut gelonus. Excipī
Aedonius baccha Diaconus. i.

O. ante. p. breuis eſt. ut malope. Excipitur
Aeſopus. n. p. Pyropus.
Aſopus fl. Jopas. n. p.
Hyſopus herba. Europa.
Canopus.

O. ante. r. breuis eſt. ut boreas. Excipitur
Pelorus promon. Citorus mons.
Elorus. fl. Anthores. n. p
Et deriuata in orus. ut canorus. a. um.
Et propria nomina compoſita a dorus
ut iſidorus heliodorus. theodorus.

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

O.ante.ſ.longa eſt.ut bellicoſos. Excipi.
Ambroſia.
O.ante.t.longa eſt.ut careota. Excipitur
Ariſtoteles. Antidotum.
ante.b.breuis ē. ut coluber.Ex.
Saluber.
V.ante.c.lōga eſt.ut caducus.Excipitur.
Volucris.
V.ante.g.longa.ut lanugo.Excipitur
Sanguiſuga.
V.ante.l.breuis.ut inſula.Excipitur.
Getulus.a.um. Tribulis.e.
Julus.n.p. Curulis.e.
Adulor.aris. Torcular.aris.
V.ante.m.lōga eſt.ut alumē. Excipitur
Incolumis.e. Autumo.as.
Contumax.acis. Amulius.n.p.
V.ante.n.longa eſt.ut fortuna.
V.ante.p.breuis eſt.ut upupa.
V.ante.r.longa.ut ſubura. Excipitur.
Purpura. Luxuria.
Mercurius. Centuria.
Lemures. Decuria.
V.ante.ſ.longa eſt.ut ceruſa.
V.ante.t.lōga eſt.ut naſutus. Excipitur
Arbutus.

terminalis longa eſt.ut ama. Ex
Nominatiuus accuſatiuus ⁊ uo
catiuus utriuſq; numeri. praeter uoca
tiuum primae declinationis a nomibus
in.as.ut eneas o enea.⁊ quod poete la
tini graecos imitati in nominatiuo etiā
produxere.ut ſtatius in.vj. Tenemea ti
bi lerna comas.puta.ita.
Et nomina numeralia in ginta.ut trigin
ta quadraginta. quinquaginta.
E.terminalis breuis ē. ut mare. Excipitur
Graeca in.e.terminata.ut libye.
Et ablatiui quintae decli.ut dies die.
Fame quod p qui tā ātiqui declinabāt
Quare. Quotidie. Hodie.
Et ſecunda perſona imperatiui ſecunde
coniugationis ut doce tene.

Et uocatiuus a nominibus graecis ter
minatis in es.ut ulyxe.
Aduerbia etiam que fiunt a datiuo o
mutata in.e.ut docto docte. praeter.
Bene. Male. Me. Te. Se.
De. E. Ne.pro non. Fere.
J.terminalis longa eſt.ut uiri. Excipitur
Quaſi. Niſi. Vbi. Ibi.
Et uocatiuus graecus.ut thebai. coli.
Et datiuus graecus ut apud ſtatium.
Palladi littoreae celebrabat ſcyros.h.
Mihi. Tibi. Sibi. indif.
O.terminalis indifferens eſt. Excipitur
Datiuus ⁊ ablatiuus ſecunde declina.
Et dictiones monoſyllabae. ut.o.do.
pro quae ſemper longe ſunt.
Et graeca foeminina in.o.ut mantho.
V.terminalis ſemper producitur.ut gelu
B.terminalis breuis eſt.ut ab.ſub.
C.terminalis longa eſt.ut fac.lac.
D.terminalis breuis eſt.ut aliud.
L.terminalis breuis eſt.ut ſal. Excipitur.
Sol ſolis.
Nil abſciſum a nihil.
Et barbara.ut michael.
N.terminalis producitur.ut titan.Excipi
Forſan. Forſitā. An. In.Tamē
Et nomina in.n.mittentia genitiuum in
inis.ut nomen nominis.
Et accuſatiui nominum graecorum.ut
ſcorpion.eginan.
R.terminalis breuis eſt.ut puer. Excipi.
Monoſyllaba.ut lar.nar. praeter haec
Fer. per. Cor. Vir. Ter
Crater. Aether. Iber. Aer.
As.terminalis producitur.ut aeſtas.Ex.
Graeca mittentia genitiuum in adis.ut
arcas arcadis.
Et accuſatiuus pluralis tertiae declina
tionis.ut arcadas.
Es.terminalis producitur. Excipitur.
penes. Es cum compoſitis.
Et habentia penultimā genitiui breue;
ut miles militis. praeter.



© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Ceres. Abies. Aries. paries.
Pes ⁊ ſua compoſita.
Caſus quoqꝫ pluralis tertiae declina
tionis ĩ nominibus graecis. ut nereides
Is. terminalis breuis. ut canis. Excipitur
Datiuus actiuus ⁊ ablatiuus pluralis.
Et monoſyllaba. ut ſcis. ſis. praeter.
Quis. Bis. Is.
Et quae penultimaꝫ ſecundae perſonae
pluralis producunt. habẽt etiaꝫ lõgam
eandem perſonaꝫ ſingularis. ut auditis
audis. poſſitis poſſis.
Et habentia penultimaꝫ genitiui longaꝫ
ut ſamnis ſamnitis.
Quamuis.
Os. terminalis longa eſt. ut ſacerdos. Ex.
Os oſſis. Impos. Compos.
Genitiuus quoqꝫ graecus. ut tereos.
Nominatiuus etiam graecus. ut delos
Vs. terminalis breuis eſt. ut domiuus.
Monoſyllaba. ut ius. mus.
Genitiuus ſingularis ⁊ nominatiuus ⁊
accuſatiuus ⁊ uocatiuus pluralis quar
tae declinationis. ut huius ſenſus hi ſen
ſus. hos ſenſus o ſenſus.
Habẽtia quoqꝫ in genitiuo penultimaꝫ
longam. ut ſalus ſalutis.
Excipitur palus. ut horatius. Sterilis
qꝫ diu palus aptaqꝫ remis.
Graeca quoqꝫ in us terminata ut melã
pus.
T. terminalis breuis eſt ut caput.

um ſit a nobis curſim de ſyllabaꝝ
temporibus dictuꝫ. reliquuꝫ ẽ ut de
pedibus qui ſyllabis conſtãt dicamus.
Pyrrichius igitur ex duabus ſyllabis bre
uibus conſtat. ut deus.
Spondeus ex duabus ſyllabis longis cõ
ſtat ut montes.
Iambus ex duabus ſyllabis cõſtat prima
breui et ſecunda longa ut amant.
Trocheus ex duabus ſyllabis conſtat pri
ma longa ⁊ ſecunda breui ut dixit.
Tribachus ex tribus ſyllabis breuibus
conſtat. ut anima.
Anapeſtus ex tribus ſyllabis conſtat dua
bus breuibus ⁊ tertia longa. ut dños.
Bacchius ex prima breui ⁊ duabus lon
gis. ut honeſtas.
Antibacchius ex duabus longis ⁊ ter
tia breui. ut audiuit.
Dactilus ex prima longa ⁊ duabus bre
uibus. ut tempora.
Moloſſus ex tribus ſyllabis lõgis cõſtat
ut uertentes.
Amphimacer qui ⁊ creticus dicitur ex
prima ⁊ tertia longis ⁊ ſecunda breui.
ut ciuitas.
Amphibrachus ex prima ⁊ tertia breui
bus ⁊ ſecunda longa. ut amauit.
Proceleumaticus ex quattuor ſyllabis
breuibus conſtat. ut ariete.
Diſpondeus ex quattuor ſyllabis lõgis
conſtat. ut oratores.
Dichoreus ex duobus choreis ſiue tro
cheis conſtat. ut iudicauit.
Diiambus ex duobus iambis conſtat. ut
amoenitas.
Choriambus ex choreo ⁊ iambo conſtat.
ut curricullo.
Antipaſtus ex prima quartaqꝫ breuibꝰ
⁊ ſecunda ⁊ tertia longis ut coronatus
Peon primus conſtat ex prima lõga ⁊ tri
bus breuibus. ut laeticia.
Peon ſecundus conſtat ex ſecũda longa ⁊
reliquis tribus breuibus. ut amabitis.
Peon tertius conſtat ex tertia longa ⁊ tri
bus reliquis breuibus. ut alienus.
Peon quartus conſtat ex quarta longa ⁊
primis tribus breuibus. ut facilitas.
Epitritus primus conſtat ex prima breui
⁊ tribus longis. ut ſacerdotes.
Epitritus ſecũdus conſtat ex ſecunda bre
ui ⁊ tribus longis. ut inuocaui.
Epitritus tertius conſtat ex tertia breui ⁊
tribus longis. ut communitas.
Epitritus quartus conſtat ex quarta bre
ui ⁊ primis tribus longis ut oratoris.
Ionicus maior ex primis duabus lõgis ⁊

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

duabus breuibus conſtat. ut praeconiā
Jonicus minoꝛ ex primis duabus breui
bus ⁊ duabus longis eſt. ut animatos.

atio metra cognominādi multi
plex eſt. Quaedam enim dicūtur
a numero pedum. ut hexametra
pentametra. quaedam a numero ſylla
bar̄. ut endecaſyllaba. quaedaꝫ a pede
frequentiori. ut iambica. dactilica. tro
chaica. quaedā ab auctoꝛe qui plurimū
eo genere metri eſt uſus. ut alcaicum. ar
chilochiuꝫ. quaedaꝫ a materia. ut heroi
cum. elegiacum. tragicum.

Phaleuticum carmen endecaſyllabū quo
phaleucius primus uſus eſt conſtat ſpō
deo dactilo ⁊ tribus trocheis. unde tro
chaicum appellatur. ut Stellae deliciuꝫ
mei columba.

Sapphicum carmen dictū eſt a ſappho poe
ta leſbia ⁊ ipſum quoqꝫ trochaicum ⁊
endecaſyllabum cōſtat trocheo ſpōdeo
dactilo ⁊ duobus trocheis. ut ocium di
uos rogat in patenti. uel conſtat ex epi
trito ſecundo. coriambo. ⁊ bacchio.

Heroicum carmē quod ante homerū phi
ciuꝫ cognominabatur. eo nanqꝫ phemo
noe prima futura cecinit. dactilo ⁊ ſpō
deo fluit niſi quod in quinto pede fre
quentioꝛ eſt dactilus in ſexto ſpondeus
conſtat omnino ſex pedibus. unde hexa
metrum dicitur.

Elegiacum hexametro ⁊ pentametro al
ternatim componitur. hexametrum. ut
diximus dactilo ⁊ ſpondeo currit. pen
tametrum primis duobus pedibus dac
tilum ⁊ ſpondeum habet indifferenter
deinde pentimemerim horoicam ſiue ce
ſuram poſtea duos dactilos atqꝫ iterū
pentimemerim. uel hēt tertio pede ſpō
deum deinde duos anapeſtos. Auctoꝛ
huius carminis ignoratur.

Adonicum carmen conſtat dactilo ⁊ ſpō
deo. conſueuitqꝫ plaerūqꝫ poſt tres uer
ſus ſapphicos poni. ut ſydera fulgent.

Aſclepiadaeum carmen. quod etiaꝫ cho
riambicum a pede frequentiori dicitur
componitur ex ſpondeo ⁊ duobus cho
riambis ⁊ pirrhichio. ut mecoenas ata
uis aedite regibus. uel aliter ex ſpōdeo
dactilo ceſura ⁊ duobus dactilis.

Gliconicum conſtat ſpōdeo ⁊ duobus dac
tilis. ut uictorum genus optimum.

Archlochium conſtat ex duplici genere
uerſus. prioꝛ ex parte heroici quae dici
tur bucolice. quia neceſſe eſt ut quartus
pes ſit dactilus. ſicut in carmine bucoli
co quartus pes debet eſſe dactilus. pri
mi quoqꝫ tres pedes heroici eſſe debēt
⁊ terminatur tribus trocheis. ut Solui
tur acris hyems grata uice ueris ⁊ fauo
ni. Secūdus uerſus eſt trimeter iambicus
niſi quod una ſyllaba a fine deficit. ut
trahuntqꝫ ſiccas machine carinas. quod
ſi dixeris carinulas erit integer trimeter
uel conſtat hic uerſus ex pentimemeri
iambica ⁊ tribus trocheis.

Pherecracium conſtat ſpondeo dactilo ⁊
ſpondeo. ut grato pyrrha ſub antro.

Phaliſcum carmen tetrametrum eſt conſ
tatqꝫ quattuoꝛ ultimis pedibus uerſuſ
heroici. ut aut epheſi bimariſue corithi

Alcaicum conſtat ſpondeo. iambo ⁊ ceſu
ra ⁊ duobꝰ dactilis. ut o matre pulchra
filia pulchrioꝛ. uel aliter ex pentimeme
ri iambica ⁊ duobus dactilis.

Jambicum carmen a pede frequentiori di
citur eſtqꝫ uel dimetrum. uel trimetruꝫ
uel tetrametrum. uel monometrū. conſ
tat autem metrum quodlibet carminis
iābici duobus pedibus unde monome
trum duobus. dimetrum quattuoꝛ tri
metrum ſex. tetrametruꝫ octo pedibus
conſtat.

Verſus iambici partim ſunt oꝛthometri
partim cacometri. oꝛthometri ſunt qui
locis paribus recipiunt iambos ſaltem
ſecundo ⁊ quarto loco nam primus ⁊



© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

tertius quintus ⁊ ſeptimus hāc admit
tunt pedum permutationē3 ut pro iam
bo recipiant ſpondeum.
Cacometri uero ſūt ſi nō predicta lege
currāt qua licētia utūtur poete comici.
Dimeter iābicus ſiue quaternarius quat
tuor pedibus cōſtat recipitq3 ſpōdeum
in primo ⁊ tertio pede. ī ſecūdo ⁊ quar
to ſemp iābum ut iam lucis orto ſydere
Trimeter iambicus ſiue ſenarius ſex pedi
bus conſtat recipitq3 in primo ⁊ tertio
quinto ⁊ ſexto pede ſpondeum. in ſecū
do ⁊ quarto ſemp iambū. Admittitq3
tribrachum ⁊ anapaeſtum quoniā3 ſūt
pares ſpondeo ⁊ iambo. ut petit uenuſ
tus nuptias maronillae.
Tetrameter iambicus ſiue octonarius cōſ
tat octo pedibus. lege quam ſupra dixi
mus. quo uerſus genere ſoli utuntur
poetae comici.
Carmē quod ē uniforme monocolō dr̄ ut
eſt illud. mecoenas atauis aedite regib⁹
Dicolon quod hēt duo genera uerſus
ut ſunt carmina ſapphica cōmiſta adoni
cis. Tricolon a triplici genere uerſus.
Diſtrophos dicitur quādo uerſus tertius
eſt ſimilis primo. triſtrophos quando
quartus. tetraſtrophos quando quītus
redit ad primum.
Verſus aut abundat ſyllaba ⁊ dicitur hy
permeter ſiue hypercatalecticus. aut de
ficit ⁊ dicitur catalecticus. aut eſt rectus
⁊ dicitur acatalecticus.

roſodias graecae quidā modula
tiones. quidam tonos. alij te
nores. alij accentus interpreta
ti ſunt.
Eſt igitur accētus lex uel regula ad ele
uandam deprimendamq3 ſyllabam cu
iuſq3 particulae orationis accōmodata.
Sunt itaq3 accētus tres. acutus. grauis
circumflexus. Acutus eſt quo ſyllaba
acuitur. eleuaturq3. grauis quo ſyllaba
deprimitur atq3 deponitur. circumfle
xus quo ſyllaba eleuatur ac deprimitur
nam ex acuto ⁊ graui cōpoſitus eſt.
Omnis dictio latina. graeca ⁊ barbara.
quotcūq3 ſyllabarum ſit. unum habet
accentū praedominantē3 qui eſt acutus
uel circūflexus. neq3 habere poteſt plu
res acutos. uel plures circūflexos. ut al
terū3 acutū ⁊ alterū circūflexū. At uero
accētus graues tot habet. quot ſyllabaſ
praeter eam in qua accentus acutus uel
circumflexus collocatur.
Imperiti artis grāmaticae nō poſſunt
diſtinguere circumflexū3 ab acuto. quo
niam per utrumq3 ſyllaba eleuatur. cū
tamen per acutum eleuetur. per circum
flexum eleuetur ac deprimatur. Et hoc
eſt quod quintilianus dixit nō cuiuſq3
auris eſſe litterarum ſonos exigere. nō
magis hercle quam neruorum. Quare
nos qui introductiones ſcribimus. con
fundamus circūflexum cum acuto.
Omnis dictio monoſyllaba accentu acu
to profertur. ut mone. ſal. flos.
Omnis dictio diſyllaba profertur ī priori
ſyllaba accētu acuto. ut deus roma.
Omnis dictio plurium ſyllabarū3 penulti
mam habens breuem in tertia a fine ac
centu acuto profertur. ut dominus. ani
ma. Si uero penultimam habet longā3
eandem acuit. ut romanus. fortuna.
Nomina propria ſecundae declinationis
mittentia uocatiuum in. i. quāuis habe
ant penultimam breuē. eandē tñ accētu
acuto proferunt. ut uirgilius o uirgili.
Dictiones graecae ſi declinatiōis latinae for
mā ſequūtur accentu latino proferēdae
ſunt. Si uero litteratura graeca ſcribun
tur. ⁊ graece proferendae ſūt. ut ecce pi
phas breuiat penultimam. ⁊ epiros
producit.

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

Teſte tamen ſeruio periphas acuit pe
nultimam. epiros antepenultimam.
Omnis dictio barbara acuens ultimaȝ ſyl
labam. ſi ad declinationē latinam traha
tur in eadem ſyllaba ſeruat accentū. ut
Adam adamus Joſeph ioſephus
Jacob iacobus. Alaric alaricus.
Iſrahel iſrahelus. Theodoric theo.
Iſabel iſabela. Leonor leonora.
Oīs dictio latina nō corrupta ſi pluriuȝ ē
ſyllabaꝝ hēt accentū in penultima aut
tertia a fine in ultīa uero nunquā. Nam
quod quidā ābiguitatis tollēde grā fa
ciūt. ut ſyllabas ultimas quarūdaȝ dic
tionū acuāt. id modice fieri debet.
Vt quādo pro quoniā. ergo pro cauſa
Pone pro retro. Porro pro longe
Sane pro certe. Pene pro quaſi.
Vna pro ſimul. Pura pro ſicut.
Alias pro alio tpe. Aliquo ꝑ ad locū.
Et in dictionibus conciſis. ut.
Arpinas. larinas. nr̄as. ur̄as. pro.
Arpinatis larinatis. nr̄atis ueſtratis.
Deduc. benedic. benefac. pro deduce be
nedice. beneface. ⁊ ſimilia.
Iſthic. iſthuc. illic. illuc. pro iſthicce. iſ
thucce. illucce. illicce. ⁊ ſimilia.
Et in praepoſitionibus poſtpoſitis. ut.
Maria circum pro circum maria.
Manus inter pro inter manus.
Trāſtra per ⁊ remos. pro per tranſtra.
Mecum. tecū. ſecum nobiſcum. uobiſcū
Et ī dictioībus quibꝰ clauſulas interro
gatiuas finimus. ut quis furor o ciues.
Et encletica ſequēte particula. ut homi
nunqȝ deorunqȝ. hominesne ferene. do
lopumue exercitus omnis
Nam ut fateamur ī his oībus ⁊ ſimilibus
accentū ad ultimā ſyllabā trahi oporte
re. nō tamen id in modice fieri debet ne
non latine pronunciare uideamur hoc e
nim latina lingua reformidat quod ali
arum nationum proprium ē ut ultimas
ſyllabas acuant.

arbariſmus eſt una pars ora
tioīs uitioſa ī cōmuni ſermo
ne in poemate uero metaplaſ
mus. Iteȝ barbariſmus in noſtra loq̄la
in pegrina barbara lexis dicitur. ut ſi
quis dicat maſtruca. cateia. magalia
acinacis. Barbariſmus autē fit duobus
modis. ſcriſpto et pronunciatione. his
bi ptitis quattuor ſpecies ſupponūtur.
additio detractio īmutatio. tranſmuta
tio litterae. ſyllabae tēporis. toni. haſ
pirationis. per additioneȝ litterae fiūt.
barbariſmi. ut relliquias danaum. cum
reliquias per unum. l. dicere debeamus
Sillabae. ut nos abiiſſe rati. pro abiſſe
Temporis. ut italiaȝ fato. cum italiam
correpta prīa ſyllaba dicere. debeamus
per detractionem litterae. ut infantibu
paruis ꝑ īfantibꝰ ſyllabae. ut ſalmentū
pro ſaliamentum. temporis ut unius
obnoxam correpte pro unius producte
per immutationem litterae. ut olli pro
illi. ſyllabae. ut pernuces pro pernices
temporis. ut feruere liucaten. cum fer
uere ſit ſecundae coniugationis. et pro
ducte dici debeat. per tranſmutationeȝ
litterae. ut euādre pro euāder ſyllabae
ut diſplicina pro diſciplina. tēporis ut
ſi quis deos producta priori ſyllaba et
correpta poſteriori pronunciet. Toni
quoqȝ ſimiliter per has quattuor ſpeci
es cōmutantur. nam et ipſi adiiciuntur
detrahantur. mutantur et tranſmutan
tur. quorum exempla ultro ſe offerūt.
ſi quis inquirat. totidem etiam modis
per haſpirationem deprae hēditur bar
bariſmus. queȝ quidam ſcripto. quidā
pronuuciatione iudicant a ſcribendum.
propter. h. ſcilicet. quam alij litteram.
alij haſpirationis notam deputant. fiūt
autem barbariſmi per hiatus et colliſi
ones. ſunt etiam malae compoſitiones
cacoſyntheton. quae uitia nonnulli bar



© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

barıſmuʒ eſſe putant. in quibus ſunt me
tbaciſmi. labdaſciſmi. iotaciſmi. byat⁹
colliſiones ⁊ omnia quae plus aequo
minuſue ſonantia ab eruditis auribus
reſpuuntur. nos cauenda baec omnia ui
tia praelocuti controuerſiam de nomi
ne pertinacibus relinquamus.

oloeciſmus eſt uitium in con
textu partium oɼonis cōtra
regulaʒ artis grammaticae
factum. inter ſoloeciſmuʒ ⁊ barbariſmū
boc intereſt. quod ſoloeciſmus diſcrepā
tes aut inconſequentes inter ſe dictiōes
babet. barbariſmus autem in ſingulis
uerbis fit uel ſcriptis uel pronunciatis
quamquam multi errant qui putant e
tiam ī una parte oɼonis fieri ſoloeciſmū
ſi autem demoſtrantes uirum banc. aut
foeminā bunc dicamus. Aut interroga
ti quo ꝑgamus. reſpondeamus romae
aut unum ſalutantes ſaluete dicamus
cum utique praecedens demonſtratio
uel interrogatio. uel ſalutatio uim con
textae orationis obtineat. Multi etiam
dubitauerunt quadriga. ſcopa. ſoloeciſ
mus an barbarimus eſſet. cum ſcilicet
id genus dictionis barbariſmum eſſe. ut
ex ipſius uitij finitiōe poſſit agnoſci faci
le. ſoloeciſmus fit duobus modis. aut ꝑ
partes oɼonis. aut per accidentia parti
um orationis. per partes oɼonis fiunt cū
una pars pro alia ponitur. ut toruum
que repente clamat pro torue. nomē pro
aduerbio ponitur. fit etiaʒ in eadem par
te orationis boc uitium. cum ipſa pro ſe
non in ſuo loco. neqʒ ut conuenit poni
tur. ut cui tantum de te licuit. pro in te.
Et eo apud amicum. pro ad amicum ⁊
intro ſum pro ītus. ⁊ foris eo pro foras
per accidentia partium orationis fiunt
tot modis ſoloeciſmi quot ſunt acciden
tia partium orationis. ſed in bis ꝓpter
compendiuʒ exempli cauſa pauca monſ
trabimus. nam per qualitates nominuʒ
fiunt ſoloeciſmi. ut bauriat bunc oculis
ignem crudelis ab alto dardanus. pro
dardanius. proprium pro appellatiuo
poſuit. per genera. ut ualidi ſilices pro
ualidae. ⁊ amarae cortices pro amari. ⁊
collus collaria caret ꝑ numeros. ut pars
in fruſtra ſecāt. ꝓ ſecat. ꝑ compationeʒ
ut reſpondit iuno ſaturnia ſancta dearū
pro ſanctiſſima. per caſus ut urbeʒ quaʒ
ſtatuo ueſtra eſt. pro urbs. per modos
uerboꝝ. ut itis paratis arma quam pri
mum uiri. pro ite parate arma. indicati
uum pro imperatiuo poſuit per ſigni
ficationes uerborum. ut ſpoliantur eos ⁊
corpora nuda relinqunt. pro ſpoliant ꝑ
tempora. ut cecidit que ſuperbum iliuʒ
⁊ omnis bumo fumat neptunia troia.
pro fumauit. per perſonas. ut danai qui
parent atridis quamprimuʒ arma ſumi
te. pro qui paretis. per aduerbia. ut in
tus eo pro intro. ⁊ italia uenio pro de
italia. ⁊ ad romā uado pro romam cuʒ
praepoſitio ſeparatim noībus addēda
ſit nō aduerbio. per praepoſitiones cuʒ
una pro alia ponitur. ut ſub luceʒ ibant
pro ante lucem. aut neceſſario ſubtrabi
tur. ut ſiluis te tyrrbene feras agitare
putaſti. pro in ſiluis. per coniunctiones
ut ſubiectiſqʒ urere flammis pro ue. fit
per ordinem cōiunctionum. ut autē fieri
non debet. cum dicendum ſit. fieri auteʒ
non debet. fiunt praeterea ſoloeciſmi
pluribus modis. quos repraebendēdo
potius quā imitando poſſumus ānota
re. ſoloeciſmus eſt in proſa. in poemate
ſcbema dicitur.

Sequitur de decem uitijs.

um barbariſmo ⁊ ſoloeciſmo de
cem uitia nominantur boc modo
acyrologia. cacēpbatō. pleonaſmos. pe
riſologia. macrologia. tautologio. ecli
pſis. Tapinoſis. cacoſyntbeton. ampbi

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

logia. Acyrologia ē impropria dictio
nis poſitio. ut Hunc ego ſi potui tantuꝫ
ſperare dolorem pro timere.
Cacemphatō eſt obſcena pronūciatio. uel
in compoſita dictione. uel in uno uerbo
ut Numerum cum nauibus aequat. et
arrige aures pamphile.
Pleonaſmos eſt adiectio ſupuacua ad ple
nā ſignificationē. ut ſic ore locuta eſt.
Periſologia eſt adiectio uerboꝝ ſuperua
cua ſine ulla ui reruꝫ. ut ibant qua pote
rant qua non poterant. non ibant.
Macrologia eſt longa ſentētia res nō nec
ceſſarias cōprehēdens. ut legati nō ipe
trata pace retro vñ venerūt reuerſi ſunt
Tautologia eſt eiuſdem dictionis repeti
tio uitioſa. ut ego metipſe uenio.
Eclipſis eſt deffectus quidaꝫ neceſſariae
dictionis quaꝫ deſiderat praecioſa ſnia
ut haec ſecum. deeſt loquebatur.
Tapinoſis eſt humilitas magnae rei. non
ſo agente ſnia. quod demōſtrat. ut peni
tuſqꝫ cauernas ingētes uterunqꝫ arma
to milite complent. i. multae legiones
armatorum militum impleuerunt multas
cauernas. ⁊ dulychias uexaſſe rates. ⁊
pelidae ſtomachum cedere neſcij.
Cacoſinthetō ē uitioſa dictionū cōpoſitio
ut uerſaqꝫ iuuēcū terga fatigamꝰ haſta
Amphibologia eſt ambiguitas dictiōis.
quae fit per accuſatiuū. ut ſi quis dicat
audio ſecutorē retiarium occidiſſe. aut
per uerbū. ut criminatur cato. uadatur
tullius. nec addatur queꝫ uel a quo. aut
per participium. ut uideo ſtatuaꝫ aureaꝫ
haſtam tenentē. fit etiam per omonymia
ut ſi quis dicat acieꝫ nec addat oculoꝝ.
aut exercitus. aut ferri. fit praetera plu
ribus modis. quos recenſere omnes ne
nimis longum eſſet non oportet.
etaplaſmus ē traſſormatio que
dam recti ſolitiqꝫ ſermonis in al
teram ſpeciem metri ornatus neceſſitatiſ
ue cauſa. huius ſunt ſpecies quattuor
decim.
Proſtheſis. epentheſis. paragoge. aphae
reſis. ſyncopa. apocopa. ectaſis. ſyſtole
diaereſis. ſynaereſis. ſynaloepha. ecthli
pſis. antitheſis. metatheſis.
Proſtheſis. eſt appoſitio quaedam ad pri
cipium dictionis litterae. uel ſyllabae:
ut gnatae pro natae rettulit pro tulit.
Epentheſis eſt poſitio quaedam ad medi
am dictionem litterae. uel ſyllabae. ut
relliquias pro reliquas. induperator pro
impator. Hanc autem alij epentheſim
alij parentheſim uocant.
Paragoge eſt appoſitio quaedam ad finē
dictionis litterae uł ſyllabae. ut magis
pro mage. et poteſtur pro poteſt. Hanc
alij paralepſim. alij prolepſim. i. prae
ſumptionem uocant.
Aphaereſis eſt ablatio de pricipio dictio
nis litterae uel ſyllabae contraria proſ
theſi. ut mitte pro dimitte et tēno pro
contemno.
Syncopa eſt ablatio de media dictiōe litte
rae uel ſyllabae contraria epentheſi. ut
audacter pro audaciter. et cōmorit pro
commouerit.
Apocopa eſt ablatio de fine dictiōis litte
rae uel ſyllabae cōtraria paragoge. ut
achilli pro achillis. et poſſis pro poſſitiſ
et potes pro poteſtis. ⁊ mutu pro muto
Ectaſis eſt extenſio ſyllabae contra natu
ram uerbi. ut italiam fato profugus.
cum italiam prima ſyllaba correpta di
cere debeamus.
Syſtole eſt correptio ſyllabae contra natu
ram uerbi facta cōtraria ectaſi. ut aquo
ſus orion. pro orion producte.
Diaereſis ē diuiſio unius ſyllabae ī duas
ut olli reſpondit rex albai longai pro al
bae longae. ⁊ aulai in medio libabant
pocula bacchi pro aulae. ⁊ diues pictai
ueſtis ⁊ auri pro pictae.
Synaereſis eſt conglutinatio duarum ſyl
labarum in unam contraria diaereſi. ut

© ICAS-SAHP, Archivo Municipal de Sevilla, Libro de Nebrija

phaeton pro phaeton. ⁊ aeripidem pro
aeripidem.

Synaloepha eſt per interemptionem con
currentium inter ſe uocalium lubrica
quaedam leniſque colliſio. ut atque ea
diuerſa penitus dum parte geruntur.
haec a quibuſdam ſinaereſis uel colliſio
nuncupatur.

Ecthlipſis eſt conſonātiū cum uocalibus
aſpere concurrentibus difficilis ac du
ra colliſio. ut littora. multum ille ⁊ ter
ris iactatus ⁊ alto.

Antitheſis eſt litterae pro littera poſitio.
ut olli ſubridens pro illi.

Metatheſis eſt tranſformatio litteraꝝ in
alio loco. nulla tamen littera ex ea dic
tione ſublata. ut euandre pro euander.
⁊ tymbre pro tymber.

Schemata lexeos ⁊ dianoeas ſunt quaedā
figurae uerboꝝ ⁊ ſententiaꝝ. ſed ſche
mata dianoeas ad oratores pertinent.
ad grammaticos uero lexeos. quae cū
multa ſint. ex omnibus fere neceſſaria
ſunt ſexdecim. ſcilicet. prolepſis. zeug
ma. hypozeuxis. ſyllepſis. anadiploſis
anaphora. epanalepſis. epitheton. paro
nomaſia. ſcheſiſonomaton. paromoeon
omoe. oteleuton. polyptoton. hyrmos
polyſyntheton. dialyton.

Prolepſis eſt praeſumptio rerum ordine
ſecutarum. ut interea reges ingenti mo
le latinus procedunt caſtris. turnus de
inde aeneas. Zeugma eſt unius uerbi cō
cluſio diuerſis clauſulis apte coniuncta
ut troiugena interpres diuum. qui nu
mina phoebi. qui tripodas clarij lauros
qui ſydera ſentis.

Hypozeuxis eſt figura ſuperiori contra
ria. ubi diuerſa uerba ſingulis clauſulis
redduntur ut regem adijt. regi memo
rat nomenque genuſque.

Syllepſis eſt diuerſarum clauſularum per
unum uerbum conglutinata conceptio
ut hic illius arma. hic currus fuit. Hoc
ſchema late patet ⁊ fieri ſolet nō ſolum
per partes orationis. ſed per accidētia
partium orationis. Item ſyllepſis eſt ī
diſſimilibus clauſulis. quādo dictio ſin
gularis uerbo plurali adiūgitur. ut ſūt
nobis mitia poma. caſtaneae molles et
preſſi copia lactis.

Anadiploſis ē gemīatio dictionis. quae
ex ultio loco praecedētis uerſus ⁊ prin
cipio ſequētis iteratur. ut ſequitur pul
cherrimus aſtur. aſtur equo fidens.

Anaphrora ē relatio eiuſdē uerbi p prīci
